



Antiqvae Lectionis Tomus ...

Bipartitvs, In Qvo L. Vetera Monvmenta, Nvnqvam Visa, Pavcvlis Exceptis -
Quorum Catalogum versa pagina indicat

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1604

26. Epigrammata & Hymni illustrium virorum Monasterij S. Galli.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64177](#)

725
EPIGRAM-
MATA

Sens
HYMNI
SACRI
ILLVSTRIVM
Virorum,
Antiquorum
PATRVM
MONASTERII
S. GALLI.

- Bernardi Abbatis S. Galli carm. Ratperi 8.10.11.12.13.15.16.22.
58. Strabi Galli Fuldenfis 62. (23.
Columbani 56. Tutelonis 42.43.44.
Eckerardi 28.63.64. Valdrummi 20.21.
Hartmanni 1.2.3.4.19.25.34.74. Anonymorum 5.6.7.24.25.26.
Notkeri Balbuli 9.14.17.18.31. 29.32.33.34.35.36.37.38.39.
49.50.51.52.53.54.55.57.73. 40.41.42.43.44.45.46.47.
Notkeri Medici 27.30. 48.59.60.61.65.66.67.68.69.
70.71.72.

Omnia nunc primum ex vetustissimis m.s. Codicibus S. Galli
edita.
1777. 2. Ad



Ad Lectorem.

Slustrum virorum Monasterij S. Galli fac
carmina vbi vidi, digna censui luce, tum ob
ruditio[n]em, tum ob pietatem, & vel maxime
propter venerandam antiquitatem. Eiusdem
audi[er]i fuit nobilissimus Marcus Velerus, qui in literis quibusdam scribit, haec sacra carmina sibi a primis placuisse,
ita ut interdum paene lacrimas excusserint, antiquam pietatum
nostram temporibus conferent, ita enim loquitur Velerus. De-
bemus haec carmina R. P. Iodoco Metzlero, Monasterij
Galli Professori, & SS. Canonum Doctori, qui misit libellum
m. s. quem studio & amore antiquitatis conscriptis; voca-
que Memoriale Illustrum virorum S. Galli, in cuius prima pa-
te illustres, sanctosq; viros eiusdem monasterij, in secunda
Abbates compendio describit ex variis autoribus, nec
non ex m. s. antiquis monumentis, cuius libelli beneficio
vsi, hinc inde quædam cōcerpsimus, & addidimus, ut quis
quisq; fuerit, facilius pateret. Tertia vero Pars continet se-
cra carmina, quæ quantâ fide ex m. s. codicibus depon-
pserit, patet ex præfatione illius, quam præmisisti, ideoque
hic eam subiunximus;

In hymnos sacros D. Gallipatrum.


Præfatio Iodoci Metzleri.

Minimam hanc & veluti extre[m]am partem, hymnos videlicet
sacros ex innumeris, que antiqui Patres S. Galli Monachii
sapienter dicerunt, & suauiter decantauerūt, velideo descripsi nō
michi mnemo synon aliquod conficerem, & ut, qua ob edacem temporis
inventi-

inini iam saltem secundū aliquam sui parem videbantur breui quā si peritura, ea hac opera mea vel aliqualiter seruarem; & demum ve quae adeo erant disiecta & dispersa, in vnum quasi corpus redigerem atq; ades hunc libellum tertium veluti in exemplum statuerem eorum, quorum superioribus 2. sapius memineram. unde nibil penitus sequutum, vel ex auctorū sui fama, vel ex bonitate & antiquitat sua. Certe ipsos codices, ex quibus descripta sunt ista, ante annos 500. 600. 700. & 800. esse descriptos scimus, & ex ipsis codicibus, & e antiq; uissimis librorum indicibus seu (vt appellant) Registris, quibus certissimum testimonium tulit magnus ille Tergestinus p̄fici natus est Piu. II. dum ad Greg. Hamburgensem turu consuitum epistolam CXX. lib. I. sic scribit: tuncen apud S. Gallum, quod Sue vorum est oppidū, in veteri Monasterio Bibliothecam peruetustam, ubi & libros reperi ornatissimè conscriptos, quorum authores fuerunt Theutones. Hac igitur cum ita sint, non offendetur lector quā ea ipsa tam ubiq; mirabitur verò aliquos saltem ex illis in atate tam barbara tam bene lusisse & tam latine. & ubiq; meminerit idem lector, cum omnia ista ad cultum diuinum fuerint à PP. dictata, magis spectare quam verba, tantum Musicam quantum prosodiam. Et si vero integrascriperunt aliqui huius generis volumina, & ad finis seorsim etiam multi alij & hymni, & epigrammata, illa tamen describere non statui, hoc autem quod nec scirem fuisse ne Luthores ipsorum Monachi S. Galli nec ne huic opusculo inferre nolui. Ex S. Gallo 1600. die 4. Aug. Hæc
Metzlerus.

YYYY 3

Epi



Epigrammata

SE V HYMNI SACRI
&c. ANTIQ VORVM PA,
TRVM MONASTERII
S. Galli.

*Versus Hartmanni Monachi S. Galli,
 Ante Euangelium canendi.*

SAcra libri dogmata
 Portantur Euangelici,
 Cunctis stupenda Gentibus,
 Et præferenda laudibus. Sacra.
 Mundemus omnes corpora,
 Sensusque cordis simplici
 Purgantes conscientia,
 Verba pensamus mystica.

Vultu declini pariter,
 Clusa tenentes stomata,
 Stenus intentis auribus,
 Ut decet ante Dominum. Sacra.

Nec sat videtur sonitus
 Auditu solo corpore,
 Ni cor purgatum teneat
 Factisq; iussa compleat, Cunctis:
 Sic mandat ipse maximus
 Magister, summi filius,
 Sensus nostrorum pectorum
 Aruis diuersis comparans.

Sunt, ait, rura plurima
 Quæis semen frugis spargitur;
 Censu sed multum dispari

Rcd.

Reddunt accepta sc̄eniora. Sacra.
 Quædam saxonum stramine
 Replentur nimis pessimo:
 Frugemque necat maximus
 Ardor solaris luminis. Cunctis.
 Quædam siccato germine
 Replentur spinis horridis.
 Viarum strata plurimis
 Officiunt feminibus. Sacra.
 Ast qui felices fertili
 Glebas fecundat germine,
 Illum lātantem cumulat
 Fructus laboris centuplex. Cunctis:
 Sic voluntatis integræ
 Perfecta nitent opera,
 Terraque cordis optimi
 Centenum refert numerum. Sacra.

NOTE.


 Vis fuerit Hartmannus, quem alij Hartmundum vocant,
 pater ex Trithemio, qui de luminaribus sive de illustrib.
 viris Germania hac habet: *Hartmundus monachus eius-*
dem monasterii S. Galli ordinis beati patris nostri Benedicti, Ra-
bani deauri quondam auditor atque discipulus (ad quem Ot-
fridus VVissenburgensis monachus multis Epistolis exercitauit ingenium)
vir vndeunque doctus, ingenio subtilis, eloquio dexterus, vita & con-
uersatione deuotus, Græcæ, Latinæ, & Hebraicæ peritus, adde & Arabicæ
non ignarus: scriptis tam metro, quam prosa multa præclara opuscula, sed
nihil eorum ad notitiam nostræ lectionis memini peruenisse. Feruntur autem
super quibusdam Bibliorum libris commentarij eius non abiiciendi, item Epi-
stolarum ad diversos lib. i. sermones quoq; cantus, hymni, & varijs inscri-
pituris sanctis tractatus, quos studiosus quisque inquirat. Claruit temporib.
Lotharij & Ludouici filij eius imperatorum, Anno Domini 870. Hæc
 Trithemius. Ex libro epistolarum Abbatis Caspari, quem Metzlerus
 m.f. legit, item ex vita S. Galli quam S. Notker carmine scripta, pater
 Hartmannum fuisse discipulum S. Notkeri, qui ibidē Hartmannum
 intce.

interlocutorem introducit. Meminit item Hartmanni Eckerhardi iunior monachus S. Galli m. f. Testatur autem Metzlerus se hunc Hartmanni, ceterosq; 23. hymnos transcripsisse ex vero testimo-
dice m. f. qui fuerit scriptus sub Conrado I. II. vel I. II. non autem la-
quarto. Quoniam iam multis seculis ante illum (circa annum num-
rum 1012.) Guido Abbas Aretinus, excogitauerat illas, quibus
die utimur Notas Musicas, quas & Ecclesia ubique receperat; quan-
tum m. f. codex noster nondum habet, inquit Metzlerus. Deinde
autem notis illis Musicis vide Trithemium de viris illustris. Od. S.
Benedicti lib. 2 cap. 74.

Eiusdem Hartmanni de Natali Innocentium,

Ad processionem.

Salue lacteolo decoratum sanguine festum,
Saluetē innocua corpora fusa neci.
Concinit, ecce, Deus tibimet. grex iste pusillus,
Festuum laude praeueniendo diem. Salutē
In qua morte pia puerorum maxima turba
Occidit, & victrix Regna superna capi. Conc.
Nam quod terrenum metuit disperdere regnum
Impius immani Rex feritate furit. Salutē
Audierat Regem, quem cuncta oracula dudum
Spondebant vatum virgine matre satum. S.
Iudaicæ Gentis quem debita regna manerent,
Hocq; Magos stella testificare noua. C.
Nec mora pestifera succenditur efferus ira,
Dum fibi præripit Regia iura timet. S.
Mox iubet innocuam ferro prosternere plebem,
Deflinat atq; neci corpora lacteola. C.
Perderet vt Christum, dum nemo euaderet ipsum;
Inter & inumeros perderet hunc puerum. C.

Eiusdem Hartmanni de eadem Festivitate.

Cum natus esset Dominus,
Turbatur Rex incredulus;
Magi tulerunt munera,
Quos stella duxit prævia.

Hanno-

Herodes Rex interroget,
Quo Ch̄ristus nasci debet,
Locumq; dici flagitat,
Vt hunc necare valeat.
Adorant Magi Dominum,
Viamq; carpunt aliam,
Nec s̄eu Regis impiam
Ultra vident pr̄sentiam.
Tunc Rex Herodes feruida
Succeditur infania,
Mandatq; sterni millia
Laetentium innumera.
Compleetur s̄eu iussio,
Maestatur omnis puto,
Aetatis bimæ paruuli,
Vel infra subduntur neci.
Mas omnis infans occidit,
Quem nouus partus protulit:
Scrutatur, ah, cunabula,
Ac ipsa matrum vbera.
Quid furis crudelissime?
O carnifex & pessime?
Hic solus qui requiritur,
Impunè Christus tollitur.
Pectus tenellum rumpitur,
Matrum sinus perfunditur;
Sed laetis plus quam sanguinis
De loco stillat vulneris.
Salve laetens exercitus,
Flores sanctorum Martyrum,
Ad aram summi Numinis,
Qui leti semper luditis.
Nos vos laudantes pueros
Semper iuvate precibus,
Vobiscum vii iugiter
Possimus leti pfallere.

Zzz

E 118-

Eiusdem Hartmanni Litaniæ,

Cd processionem diebus Dominicis.

HVmili prece, & sincera deuotio
ne
Ad te clamantes semper exaudi nos.

Summus & omnipotens GENITOR qui cuncta creasti

Æternus CHRISTVS, filius atq; Deus.

Nec non sanctificans, dominator, SPIRITVS almus,

Vnica Maiestas, trinaq; sola Dei. Ad te

Ipsa DEI GENITRIX, reparatrix inclita Mundi

Quæ Dominum calvo corpore concipiens,

Perpetua radias cum virginitate pudoris,

Indignos famulos Virgo MARIA tuos.

ANGELICI proceres, celorum exercitus omnis,

Æterno semper lumine conspicuus,

Agmine ter triuno supero per sydera Regno

Laudibus æternum concelebrans Dominum,

PETRVS cum PAVLO, THOMAS cum BARTHOLOMEO,

Et IACOBVS sanctis nos releuent precibus.

ANDREAS, MATHÆVS, BARNABAS, atq; IOANNES,

MATHIAS, LVCAS, MARCVS & alios.

Cœtus APOSTOLICVS duodenio sidere compusi

Propitiis cunctis protege nos famulos.

Et quos multipliciter lacerant per crimina peccata

Peccata absoluens, fac bona cuncta sequi.

Nunc STEPHANVS, LINVS, CLEMENS, ANACLETVS & alii

XISTVS, ALEXANDER, CORNELIVSQUE pius,

HIPPOLYTUS, VITVS, LAVRENTIVS, atque MODESTVS,

CHRYSOGONVSQUE pius nos miserando iuuent.

O vos MARTYRIO decorati in nomine CHRISTI

Colpnicui testes, purpurei proceres.

Qui bello inuicti superastis dæmonis iras,

Conspirata manus vincere morte minas.

SILVESTER, DAMASVS, GREGORIVS, AMBROSIVSQUE,

HILLARIVS, ZENO, MAXIMVS, atq; LEO.

MARTINVS, PROCVLVS, CÆSARIUS, ÈVSEBIUSQUE

Orent pro nostris criminibus variis.

Ordo sacratus CONFESSORVM præcipiutorum,

Auxilio tutos vndique redde tuos.

Atq; tua nosmet prece, dimitendo reatum,
 Nos fragiles multum cladibus omnigenis.
PAVLVS & ANTONIVS, MACHARIVS, ARSENIVS QVE;
PACHVMIVS, BEDA, ATTALA, PAENVTIVS;
BERTOLEVS, LIBERTINVS, BASILIVS, atq;
 HIERONYMVS Doctor, nos miserare precor.
GALLE Dei summi miles fortissime Christi
 Nobis nunc famulis auxiliare tuis.
 Nil sic perspicuum poterit nos clara referre,
 Ut decet in tali nunc patris obsequio.
 Hic tibi perpetuis resonent concentibus aedes;
 Offib; & sacris semper habetur honos.
 Cum lati famuli celebrant hic festa benigni,
 Laudibus instantes nocte, dieq; tuis.
 Dirige corda pius, & tempora dirige nostra
 Atq; dies latos duceret a famulos
 Ut semper valeant tibimet cantare quieti,
 Te quoq; cœlesti cernere luce poli.
 O dilecte Dei radians virtute corusca,
 Sancte OTHMAR E pater, iunge preces pariter;
 Intercede pius, veniam poscendo misellis,
 Aureq; iam blanda carmina percipiens.
SUMME DEI CULTOR, MONACHORUM RECTOR, & ABBA;
 O BENEDICTE, sacer, atq; benigne pater.
 Istud Cenobium, cœtumq; tibi famulantium,
 Nostraq; sanctificans cuncta tuere simul.
FELICITAS, FELIX, EVLALIA, DIGNA, VERENA,
 PETRONELLA QVE cum * pia PERPETVA
AGNES, atq; AGATHES, CHRISTINA, EVPREPIA, TECLA,
 EVPHEMIA, REGVLA, EVGENIA atq; BONA.
 Virginitate chorus resplendens candidularum
 Turba puellarum in integritate nitens.
 Quæ geminis gaudes pulchrum decorata coronis
 Laude pudicitia, Martynijque simul.
 Omnes nunc sancti nostri succurrите lapsis
 Et veniam cunctis ferte inuando malis.
 Nam vel tristis precibus, petitis quæcunq; rogantes,
 Annuit ipse pius, nilq; negat Dominus.

Zzzz 2

Faciem

 M. Sper
pca.

Pacem perpetuam rogitamus prospice Christe,
Et sanæ vita gaudia longa diu.
Temperiem celi tribuens, ut copia frugum
Omnibus exundet, vbera leticia.
Agne Dei patris, qui Mundi crimina tollis
Optatae pacis munera dona tuis.

Carmen sapphicum cuiusdam Monachi S. Galli Anonymi.

Christus ad nostras veniat camenas,
Christus & vocem tribuat salubrem,
Christus & vitam vehat ad perennem

Se modulantes,

Audiat nos met chorus Angelorum,
Protegat nos plebs & Apostolorum,
Patriarchæ Dei, simul & Prophetæ

Vice perenni.

Martyrum turbas petimus serenas,
Sanguinis palma, pretioq; claras,
Vocis ut nostræ modulis receptis

Gaudia præstant.

Nunc sacerdotes, Monachosq; claros
Ad preces nostras cupidi vocamus,
Nosmet ut semper faveant, & nostra

Pace suaui.

Virginum dulces, nitidosq; flores
Semper in nostro petimus fauore
Esse præsentes simul & fugantes

Noxia quæq;

Omnium sanæ rutilus piorum
Cœtus ad nostram vigilet salutem,
Inuidum pellens rabidumq; furem,

Munere Christi.

Christe nōs seruos miserare fidos,
Ob precem sanctæ nitidæq; plebis,
Inter hos Magni meritum recordans

Maxime Iudex.

Per crucem sanctam, moderare nostra
Conditor vitam, tribuens quietem

Peddi.

Perditis culpa veniam rependens
Luminis auctor.

Pacis augmentum tribus rogamus,
Utq; saluemur pariter precamur.
Acremittendi decus exhiberi

Te miserante.

Aetheris blandos facilesq; motus,
Frugis & largos remeare quæstus,
Regibus vitam, populisq; pacem

Da Pater orbis!

Præfuli nostro dominans faueto,
Huicq; cœlestem tribuens honorem
Posthumum Petri facito perenni

Laude bearis.

Agne qui tollis facinus reorum,
Conditor lucis misericere nobis,
Christe nos audi patris alme Fili

Kirie eleison.

Litanie Anonymi cuiusdam P. S. Galli

A Vxilium nostrum,	XRS	Vincit.
Forritudo nostra	XRS	Vincit.
Prudentia & temperantia nostra	XRS	Vincit.
Liberatio & redemptio nostra	XRS	Vincit.
Murus noster in expugnabilis	XRS	Vincit.
Victoria nostra.	XRS	Vincit.
Defensio & exaltatio nostra	XRS	Vincit.

Ipsi soli imperium, gloria, & potestas, per infinita sæcula sæculorum:
Amen.

Ipsi soli laus, honor, & iubilatio per infinita sæcula sæculorum. Amen.
Ipsi soli virtus & fortitudo, & victoria per omnia sæcula sæculorum.

Amen.

XRS Vincit, XRS regnat, XRS imperat. 3. vicibus.
Christe audi nos. tribus vicibus.
Kirie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Zzzz 3

Iecum

Item etiam Anonymi.

7.

	Alia.
Hunc diem.	R. Multos annos,
Hunc diem.	R. Multos annos,
Hunc diem.	R. Multos annos,
Istam congregationem.	R. Deus conseruet,
Istam congregationem.	R. Deus conseruet,
Istam congregationem.	R. Deus conseruet,
Annos vitæ	R. Deus multiplicet,
Annos vitæ	R. Deus multiplicet,
Annos vitæ	R. Deus multiplicet,
Feliciter.	Feliciter.

8.

Versus Ratperi de Festivitate S. Galli,

Annua, sancte Dei, celebremus festa diei,
 Qua pater è terris sydera, GALLE, petis.
 Ecce dies populis micat hæc sanctissima nostris,
 Quorum tu princeps auctor ad astra meas.
 Finibus OCCIDVIS abiens, succidis Eois,
 Dans lucem plebis dogmatis igne tui.
 Quæ tenebrofa fuit fideli nec luce refluit,
 Per te coelestem cepit habere diem
 Hic vbi nocticolæ tenuere cibilia larvæ,
 Ad laudem CHRISTI psallit vbiq; chorus.
 Hic fuit ecce feris statio gratissima laxus;
 Nunc sedes sancte te resonante manet.
 Tu pater hue veniens, fers tecum pacis honores;
 Hinc totum pellens quicquid adesse nocet.
 Expuleras noctum, complens dulcedine totum,
 Quo corpus linquens, Spiritus astra petit.
 En hodie meritum tu post certamina palmam
 Sumpisti, GALLE, protege nos hodie.
 Iam super astra nitens fanuorum suscipe laudes,
 Qui tibi deuota nunc iubilant modulo.
 Aspice propitius venerantes nobile pignus,
 Corpus præclarum, GALLE BEATE, tuum.

Aspice

M. S. vi-
tione: re-
bus: nse:

Aspice quæ canimus, expugna corda benignus,
In rebus cunctis rector adest o tuis.
Hinc Domino trino la ti pangamus & vno,
Qui nos nunc talem fecit habere patrem. Amen.

NOTÆ.

Recet hic verba Metzleri adscribere, quæ de Raperto & S. Gallo obseruauit: Rapertus vir vndequaq; doctissimus, grauius & prudens, schola profuit in multis annos, adeo diligenter, ut nonnunquam Missas & cursum negligenter, dicens: Bonas Missas facimus, si eao decemus facere. Doctor planus & benevolus, disciplinis affror. Corrigendi facultate tenuit in Capitulo. Disciplina & regularis vita et maxima stabilitatis & solitudinis, ut toto anno non nisi unu par calceor te eret. Excusus, morte, labé maximam claustrum, impunitatem vocitans. Raro & prater fratres nunquid claustrum est egressus. Edidit litaniā carmine. Ardua scies mundi, qd Papa Nicolaus III. canonizauit, & nostri patres solenniter in diebus Rogationis non sine effectu cantare consueuerunt. Fecit etiam versus ad Processiones, quoru aliquos vidi in bibliotheca. Hymnus de S. Gallo: Annua sancte. De S. Othmario: Festū facrati. Laudes Omnipotē ferimus. Dictauit etiam varia ad suscipiendos Reges & alia multa. Scripsit & chronicō Monasterij graviter & eruditè, qd. as. Gallo vsq; ad Bernardū I. qd p̄fuit an. 883, sua videlicet tempora perduxit. qd. m. sadhuc in bibliotheca quater seruantur minimū. Cōposita etiam rithmīcē lingua Germanica vitā S. Galli, qd dedit populo publicē in ecclesia cantandā: que per Eckerhardū iuniorē translata Latine extat in veteri s. codice, & à nobis nuper translata est in Lambos. His igitur & similibus doctrinæ & virtutis studiis inuigilans, tandem & ipse sanctus circa claustrum S. Galli cū languidus iacet, nec tam docere desinet, & discipulis quondam suis Canonicis, tunc qdē presbyteris, loco ppter festū aduenientibus, animā suā singulis cōvīsit: quoru quisq; 30. Missas obituro promisit. Sicq; ille leuisim' Dēnum, ut ille diutius morbo coqueret, rogans, panis nirdus factus, inter discipulorū manū in paradisum, ut credim', transit anno, ut ego coniicio, 883. eo enim vsq; erit sit, p quo Notkerus, cui cognatus fuit, & Tutelo, plus aliis dolentes, multa fecerunt. Eckerhardus vir obiq; Bruschius, Stumpfius. Hunc Rapertum Thureiensē appellat qdē. Fuit alī itē hic Raperto nepos huius, s. Notkeri discipulus, & in dialogo de vita S. Galli post Harimannū mortuū eius interlocutor. Hec iudicō Metzlerus, qui de S. Gallo etiam hec habet: S. Gallus electus & dilectus Dei famulus primus terra huius & loci incola, multorum sanctorum Monachorum pater hic extitit. Qui adolescens sub obedientia & regula S. Columbani,

In margine hæc etiam ad scriptum Metzlerius Didici hoc ex nostro. rum hominum traditione, & ex quedam viro non illiterato, qui se id audiuisse ait, & legit. Sicut & parentis utriusque nomen) ex illustri & religiosa Domina comitissa Matris sancti, Fidelici moderni matre. Et tradidit cum Walafrido communis opinio.

H.C. 1515

27

in a Scotia, spretis nobilibus parentibus, mundique pomps, ritam pauper elegit, & ipse fatetur, humilitati & obedientie, perfectaque submissio defessa semper studuit. Venit tandem cum Magistro suo & indecum aliis tribus per Britanniam & Galliam in Germaniam, & aliquando sibi alicuius abate degens, tandem abeunte illo in Italiam, febre corruptus ipso cunctibus sociis in Germania relinquitur: ex qua ut conualuit, in hanc locum desertum penitus, Deo liberius vacaturus, fecerit. Quem ubi triduum in multis orationibus consecravit, extructis cellulis & parvo oratorio, lerum horto excitato, cepit vivere farinula, panibus, oleoribus & pycnolis magna quidem paupertate, sed multa patientia, & spiritus inceduntur, iugiorationis & vigiliarum instantia, corpus castigans non modo inedi, & frigore, sed & cilicio & ferro. Ambitionem & vanam gloriam alienum declinans & fugient, ut vsq; ad obitum eius nullus discipulus declinat, thena, quibus se affligebat etiam vsq; ad sanguinem, aliquid cognoscitur. uabat enim ea in capella ex corio facta, quam quocunq; iret, in hunc habet, clauem ad zonam suam suspensos. auctor primus Vitæ eius, qui eam ex ore SS. Magni & Theodori, seu ut ipse ait Theodeperi, Cum abcepit vocaretur aliquando, clam ad tempus, longius a sua cellula diffugen. Quid mihi ait, cum Principibus huius seculi? Et quia in Grammatica, pto, & scripturis S. Canonibus q; bene instractus fuit, multa cum sapientia & authoritate oblatum sibi Episcopatus Constantiensis honorem, quis & deinde Luxouensis dignitatem ex suis humeris excusifit S. Columbani, cuius scilicet potenter vidit super montem S. Notkeri vbi riuus Steinach perire concava descendit, ut ait Ecker, lib. Benedictionum, & Rapertus in carmine Aliquando a principe multo argento & auro donatus, totum quod accipit, antequam ad cellam rediret, in panipes distribuit, cumq; aliquando non unum dimidium sextarium farinæ in promptuario haberet, & sex fratres de Lazio aduenient, ait cellario, quid nam effet ipsi in cibum. Et ut omnes palpitant, que præfata tantum farina fuit, indicavit, ait illi, ut inde panem coparet, potens est enim Deus parare mensam in deserto. Et abiens ad gurgitatum Australen plagam Monasterij cepit pīcon in fluxu l. pedes longum. C. latum, superueniensq; homo quidam devotionis causa obtulit duos calos vini &c. Latinè, Scotice, & Germanicè loqui satis doctus. Unde etiam sensu orationem & gubernande Ecclesiæ formam. Cum Arbonæ in festo S. Michaelis post sacrum, ut ait Eck, ubi supra, concionem habuisset, febre ibidem contigit, que etiam eum per dies 14. magis ingravescens, plenum sanitatem, in numero clarum miraculis, inter discipulorum manus in parochiali domo ex-

Ein
Lachs
ait Ecker,
junior lib.
Benedi-
ctionum.

Australen plagam Monasterij cepit pīcon in fluxu l. pedes longum. C. latum, superueniensq; homo quidam devotionis causa obtulit duos calos vini &c. Latinè, Scotice, & Germanicè loqui satis doctus. Unde etiam sensu orationem & gubernande Ecclesiæ formam. Cum Arbonæ in festo S. Michaelis post sacrum, ut ait Eck, ubi supra, concionem habuisset, febre ibidem contigit, que etiam eum per dies 14. magis ingravescens, plenum sanitatem, in numero clarum miraculis, inter discipulorum manus in parochiali domo ex-

inxit, anno sue etatis 95. Christi vero 640. incolatus etremis 10. aduentus sui in Germaniam 26. vel quod magis credo 13. aut. 14. Nec enim lego eum diu habuisse vel Tuconie, vel Arbone; Brigantie vero per triennium. Et p. Habes de eo grauisimum, meo iudicio sermonem super Euang. Ecce nos reliquimus omnia, qui et homile loco legitur in festiuitate eius sub nomine Bede; quod tamen vix videtur admittendum, nisi dicas eum mutuatum, mutatis mutandis. Beda tamen nequaquam indignus est sermo. Scribunt de eo Hermannus Conradius, S. Notkerus 3. libros. VII alfridus Strabo Augiae Abbas, qui est apud Surium tom. 5. Marcellinus in Vita S. Viberti. Au-Elor vita S. Burchardi, Jonas in S. Columbanus, Beda, nosfer pater Theodo-
rus in S. Magno, Rapertus item pater nosfer Et Egerhardus junior lib. bene-
dictorum, Et alibi. Trithemius, Baronius, Ioannes Laslaus lib. 4. in Chen-
nero rege. Martyrologia pene omnia. Quem merito Alemanni suum Apo-
stolum vocant. Haec Iodocus Metzlerus.

Notker Lanberto Fratri salutem. Quid singulæ litteræ in fu-
perscriptione significant Cantilenæ, pro ut potui iuxta tuam petitio-
nem explanare curauit.

- A. Ut altius cleuetur, admonet.
- B. Secundum litteras, quibus adiungitur, ut bene, id est, mul-
tum extollatur, vel grauerit, siue teneatur, belgitat.
- C. Ut cito, vel celeriter dicatur, certificat.
- D. Ut deprimatur, demonstrati.
- E. Ut equaliter sonetur, cloquitur.
- F. Ut cum fragore seu frendore feriatur, efflagitat.
- G. Ut in gutture gradatim garruleetur, genuinè gratulatur.
- H. Ut tantū in scriptura aspirat; ita & in nota idipsum habitat.
- I. Lussum vel inferius in sinuat, gratitudinemq; pro g. interdum
indicat.
- K. Licet apud Latinos nihil valeat apud nos tamen Alemanno
pro X. græca positum chlenche, t. clang, clamitat.
- L. Leuare latatur.
- M. Mediocriter melodiam moderari mendicando, memorat.
- N. Notare, hoc est, noscere, notificare.
- O. Figuram sui in ore cantantis ordinat.
- P. Precisionem, vel prensionem predicit.

a

Q. In-

*Quæ finit
illa litteræ
Cantilenæ,
non capio
ego, fideli-
ter ramen
descripta.
sunt, que-
cāq; legue-
bantur.
præcedit
autem Li-
tania, Au-
xilium,*

Q. In significatio nibus notarum cur queratur? cum etiam in verbis ad nihil aliud scribatur, nisi ut lequens v. vim suam amittere queratur.

R. Re&titudinem vel rasuram non abolitionis, sed crifpationis rogitat.

S. Sulsum vel sursum scandere, sibilat.

T. Trahere vel tenere debere, testatur.

V. Licet amissa in sua, veluti valde Vau græca, vel hebreæ, vñficit.

X. Quamuis latina verba per se inchoet, tamē expectare expet.

Y. Apud latinos nihil hymnizat.

Z. Verò licet & ipsa mere græca, & ob id haud necessaria Romæ, propter prædictam tamen, r. litteræ occupationem ad alia requiri. In sua lingua, zitisc require.

Vbicunq; autem duæ, vel tres, aut plures litteræ ponuntur in uno loco, ex superiori interpretatione, maximeque illa, quam de B. dñi, quid sibi velint facile poterint aduerti. Salutant te Ellinici fratres; monentes te fieri de ratione embolismi triennis, vt absq; errore graviter se valeas biennis contempto precio diuitiarum Xerxis.

NOTÆ.

N intelligas quis hic Notkerus, & que sint he musicæ lute, fabiungam, quæ habet Iodocus Mortlerus; s. Notkerus vocatus Balbulus, Magni Ottonis nepos, natus in castro Heiligen, abbat Grimaldo oblatus est iuuenulus, voce balbulum, corpore gracilis, ad repentina timidulus, filii demonibus exceptis, quibus se audacter, occulæ & manifeste infestantibus opponebat. Judicior studiosus fuit Ionis & Marcelli. In orando, legendō, dictando creber, & vi verbo dicam, verè s. Spiritus fuit vaculum, fuit etiam Prophætia spiritu plenum. Nescias an magis miraris genus, an doctrinam, an virtutem. Prima admiuenerit subilos seu sequentias modulatas, quas ipse ad distinctionem Menseum appellabat Frigdoræ aut Occidentiane, quas & inter s. S. mysteria iouis Ecclesiastarepetit. Dilucidauit etiam amico cuidam literas Alphabeti, quas quibusdam notulis Antiphonarum affinxerat Romanus quidam, qui ab Abra- no Papa ad instantiam Caroli Magni Cantor Ecclesias Galliarum in canuad primacum modum Gregorianum reducebat aberrantes. Qui Romanus postea in Monasterio morbo primum detentus, omnino etiam inbente Carolo ibi ha- sit.

sit. Prater illaqua hic edita sunt, scriptis de expositionibus Scripturae lib. 1.
Cum prudens. De Musica & hymnorum lib. 1. Epistolam ad diuersos lib. 1.
De vita S. Fridolini abb. lib. 1. De vita S. Galli. lib. 3. Martyrologium, & alia
nonnulla. Ex Graco vertit libros perihermenias. Aristotelis. Per literas scisci-
tanti. Abbatii Angiensi, qualib[us] esse in hac regione terra, respondit:

Dura viris, & dura fide, duris magleba. Cum super quibusdam cau-
sis Imperator nuntium & literas quadam rice ad eum dedisset, ille quasi ni-
hil illud reputans, nuncio abituro noluit regi respondere scripto: sed tantum
iusit dicere, ut quod se videbat nuncius facere, id ipsum etiam Imperator fa-
ceret. laborabat autem in horto, & radicum alias inferebat, alias enellebat. Post
multa cum carne, mundo, & diabolo, qui cum plerumque visibiliter appete-
bat, patrata certamina, senio, & ut creditur, litterarum & lacrimarum su-
dio coccus effecit, multa Sanctoritate obiit in monasterio S. Galli, sepultus in Ec-
clesia S. Petri ad finem altaris cornu, uti adhuc videtur est. Vbi, sicut etiam
ante obitum suum, innumeris propemodum claruit miraculis; maxime in
variis languoribus & doloribus tollendis. Floruit anno 850. Et est cano-
nizatus intra Monasterij septa & eius totam diuinam subiectasque Eccl-
esias omnes, iussu variorum Pontificum, maxime vera Leonis X. ab Episcopo
Constantiensi Imperante Maximiliano Augusto, & Abbatie S. Galli Fran-
cisco anno 1514. Cuius festivitas translata est ad Dominicam subilate, quo-
tannis solenniter celebranda, licet ipse obdormierit 7. Aprilis anno 912. De
Notkerio Contraactio, Eckerardus junior in casibus Monasterij & lib. Be-
nedictionum. Trithemius, Stumphius, Vadianus, Bruschius, codex nosfer ante
annos 800. descriptus, Stephanus Durantes de Missa.

Vitam S. Fridolini scripsit Baltherus Seckingensis, eamque S. Notkerio
dedicavit, cuius hoc est initium: Notkerio doctrine sophiae famosissimo, meri-
torumque sanctitate beatissimo Baltherus infimus seruorum seruulus. Fa-
ctus author se in Monasterio (utar verbis eius) S. Galli, iuxta pedes Notkeri
& ceterorum magistrorum scholasticæ disciplina vacasse. Forte haec vna est
Vita S. Fridolini, & non ab ipso Notkerio, sed ad Notkerum scripta. Sed rete-
res & recentiores omnes a Notkerio scriptam afferunt, ex quibus etiam
Petrus Canisius prologo in candens vitam. Hec Iodo-
eus Metzlerus.

Lita-

*Litanie Rasperti ad processionem diebus Domini.
cis ex M. S.*

H C 517

Si opibari
liceret. cre-
derem esse
Raperitius
moris In-
terloqua-
zoris &
discipuli
I. Norberti
non auem
senioris
propter
stylum. Es
hanc ita-
niam à Ni-
colao III.
esse cano.
nixatam
ait Merce-
ternus.

A Rdua spes Mundi, solidator & inclyte eos;
CHRISTE exaudi nos propitiis famulos,
Virgo Dei genitrix rutilans in honore preennis,
Ora pro famulis sancta MARIA tuis. XRE.
Angele summe Dei MICHAEL misere cito nostri,
Adiuuet & GABRIEL, atq; pius RAPHAEL ARDVA.
Aplice nos omnes clemens Baptista IOANNES,
PETRE que cum PAVLO nos rego doctilo quo. X.
Cetus APOSTOLICVS sit nobis fautor, & omnis,
Ac PATRIARCHARVM, PROPHETICVSQUE chorus. Ad.
Poscere nunc STEPHANVM studeamus carnime sumnum,
Vt cum Martyribus nos iuuet ipse pius. XRE.
Inclyte LAURENTI qui flamas exuperasti,
Victor ab aethero nos miserare choro. A.
Splendide SILVESTER, GREGORI ac sancte Magister,
Nos quoq; cum sociis ferte iuuando polis. X.
O Benedicte pater Monachorum, Galleq; frater
Cum reliquis sociis nos refouete polis. X.
Maxime de SVEVIS, superis coniuncte ceteris,
Sancte OTHMARE tuum latifica populim. X.
Inclyte MAGNE tuam clemens nunc respice plebem,
Auxilio tutos vndique redde tuos. A.
Virgineos flores, AGNES AGATHESQUE ferentes
Auxilio vestris addite nos sociis. X.
INNOCVOS PYEROS resonemus laude peractos,
Qui modo nos pueros dant resonare melos.
Omnes o SANCTI nostrae succurrite vita,
Perq; CRUCEM sanctam salua nos CHRISTE redemptor.
Ira de qua tua clemens nos eripe Christe,
Nos peccatores audi, te Christe rogamus. X.
Vt pacem nobis dones, te Christe, rogamus.
Crimen vt omne tuis solus, te Christe, rogamus.
Auræ vt temperiem dones, te Christe, rogamus.
Vt fruges Terræ dones, te Christe, rogamus,
Vt populum cunctum salues, te Christe, rogamus,

Eccl.

Ecclesiamque tuam firmes, te Christe, rogamus.
Fili celstiorum, nos audi te et rogamus.
Agne Dei patris nobis miserere pusillus.
Christe exaudi nos, O Kyriclyson ελευθερον

Eiusdem Ruperti ad Eucharistiam sumendam.

LAudes omnipotens ferimus tibi, dona coientes
CORPORIS immensi, SANGVINIS atq; tui.
Tangimus ecce tuam, rex et sanctissime, Mensam;
Tu licet indignis propitiare tuis. LAV.
Propitiare pius, peccata absolve benignus,
Posit ut in iunctis appropiare sacris. CO.
Angelus æthereis sanctus descendit ab astris,
Purificans corpus, cor pariterque pius. L.
Hæc medicina potens cœli nos ducat in arcas,
Interea terris dans medicamen opis. CORPORIS.
Quod colimus fragiles Salvator respice clemens,
Summeque pascentes, protege pastor oves. LA.
Protege quas recreas, hostis ne proterat illas;
Consolidans dono nos sine fine tuo. Corp.
Nam sumus indigni, quos omnes munere tali
Tu pietate tua rex regere castra tua. LA.
Hoc pater omnipotens cum Christo perfice clemens,
Spiritus atque potens, trinus & unus apex. COR.

Versus ad regem suscipendum, ut arbitror eiusdem
Ruperti.

SAlve proles regum in iunctissimorum:
Dominus Deus exercituum memoriale tuum. Salve.
Et tu ad Dominum Deum tuum conuerteris. Salve.
Misericordiam & iudicium custodi. Salve.
Et spera in Domino Deo tuo semper.
Salve. SALVE PROLES REGVM INVICTISSIMO RVM.

Item de veteri Testamento.

Benedictus eris ingrediens, & benedictus egrediens;
Benedictus in ciuitate, & benedictus in agro:
Benedictus fructus ventritui, & fructus terra tuae,

a 3

Benz-

13.

Deut. 28.

Benedicta horrea; & benedicta cellararia tua.
Dabit Dominus hostes tuos corruentes in conspectu tua.
Faciat te Dominus excelsorem cunctis Genibus.

Notkeri Magistri,

A Ve beati germinis
Inuicti Rex & inclite.
Omnis tibi militia
Occurrat ouans cælum.
Intacta Christi Genitrix
Mater honora virginum,
Chorum pudicum socians,
Tibi procedat obuiam.
Agonothetae Apostoli,
Victoriosi Martyres,
Omnesq; sancti ordines,
Semper vocent te laudibus.
Nos pro statu parui loci,
Reiq; modo pauperis,
Latantes pio Domino
Occurrimus in omnibus.
Hæc ipsa gaudent tempora,
Floreque verno germinant
Aduentus omni gaudio,
Quando venit optatio.

Ratperi ad Reginam suscipiendam.

A Vrealux terræ, dominatrix inclita salve,
Quæ domibus nostris nunc benedicta venis.
Larga maneto tuis semper clarissima seruis,
Qui tibi mente canunt, carmen & ore ferunt. A.
Plus hodie solito radiat sol clarus in alto,
Cumq; serena venia nubila cuncta teris. Q.
Floribus arua nitent, quia te nos visere cernunt,
Fœtibus atq; solum germinat omne bonum. A.
Gloria magnifica rutilans celissima Roma,
Atq; ITALOS radiis comis amena tuis. Q.
At tibi se famulam præbet GERMANIA fidam,

Scripsit

Sapius & facite cupit aspicere. A.
 CÆSARIS ipsa decus populum corrigis actus,
 Pluribus & validis imperians populis. Q.
 Nunc sine fine vale, miserans & nostra tuere,
 Sittibi magna salus, laus, honor, atque decus.

Ad descensum fontis.

R Ex sanctorum Angelorum
 Totum Mundum adiuua. 16.
 Ora primum tu pro nobis
 VIRGO mater germinis;
 Et minister patris summi,
 Ordines ANGELICI.
 Supplicate CHRISTO Regi
 Cœtus apostolici;
 Supplicetque per magnorum
 Sanguis fuis MARTYRVM
 Sancte GALLE pater alme
 Tuo fac oramine,
 Quo dignetur his festiuis
 Intercessio gaudiis.
 Implorate CONFESSORES,
 Consonaque VIRGINES,
 Quod donetur magnæ nobis
 Tempus Indulgentie.
 Omnes sancti atque iusti
 Vos precamur cernui,
 Ut purgetur crimen omne
 Vestro subleuamine.
 Huius Christe rector alme
 Plebis vota fulcipe,
 Quis plasmasti protoplastum
 Ut genus gignantium.
 Fac in terra fontis huius
 Sacratum mysterium,
 Qui profluxit cum cruento
 Sacra Christi corpore
 Mitte sanctum nunc amborum

SPIRI-

Sepia

SPIRITVM paraclitum
In hanc plebem, quam recentem
Fons BAPTISMV parturit.
Præsta patris atque Nati
Compar sancte spiritus,
Ut te solum semper omni
Diligamus tempore.

REX SANCTORVM ANGELORVM TOTUM
DVM ADIVVA.

Notkeri Magistri cognomento Balbuli Litania
rythmica.

Votis supplicibus voces super astra feramus,
Trinus vt & simplè nos regat omnipotens. Vo
Sancte PATER adiuua nos. Sancte FILI adiuua nos.
Compar his & SPIRITVS yngue nos intrinsecus. Vo
Sancta virgo virginum STELLA MARIS MARIA
Tu pro nobis Dominum Ora CHRISTVM filium. Tim
Summae sedis minister, Quis vt DEVS MICHAEL?
Cum supernis ciuibus, lit nobis propicius K. L. Trinus
Præco Christi IOANNES, Agni Dei ostensor
Redemptoris BAPTISTA, Tu nos Deo commenda. Vo
Sancte PETRE, & PAVLE, cunctiq; APOSTOLI
Vos orate pro vestris Christianis populis. Trinus
Iuncti sancto STEPHANO, yniuersi Martyres
Estote auxilio populo catholico, V. L. K.
Sancte GALLE succurre, sancte OTHMARE subueni,
Nos cum CONFESSORIBVS, Aduiuando precibus. Tim
O Martyr FELICITAS, Cohors atq; virginum
Postulare pro nobis, Maiestatis Dominum. Vo
Omnes sancti Domini, Angeli & homines,
Vos ad aures diuinias, ferte preces sedulas. Trinus
Vt nobis remissio peccatorum donetur,
Aeris temperies, Terræque fertilitas. Ky.
Pacem nōbis imploret vestra intercessio,

Sanitatem corporum, Et perenne gaudium. Ky.
 Vt famem & morbi vim, Amouere dignetur
 Omnipotens Dominus, obtinere precibus. Votis.
 Vt sauiens gladius, Et paganus populus,
 Depellatur a nobis, Te rogamus Domine. Trinus.
 Vt pastorem tueri, Nostrum velis & clerum,
 Omnes simul oramus, Iesu CHRE, audinos. K.
 Vt rex noster Chuonradus, Eius & exercitus
 Hinc & inde seruetur. Oramus CHRE, audi nos. Votis.
 Ut cruore redemptum Precioso populum
 Conseruare digneris, Oramus Christe, audi nos. Trinus.
 Animas Catholicas, In eterna requie
 Confoueri iubeas, Oramus Christe, audi nos. K.
 Omnes tibi canimus. Vniuersi clamantes,
 Vocibus & cordibus, Oramus Christe, audi nos. Trinus.
 Oramus Christe audi nos, Christe, Christe, audi nos.
 Kyrieleyson canimus, Christe cleyson psallimus. Votis.

Hymnus Notkeri Magistri cognomento Balbuli de S. Colum-
bano ad verasque Vesperas & ad
laudes.

Nostri solemnis saeculi
 Refulget dies inclita,
 Quo sacer ccelos COLVMBIA
 Ascendit ferens trophaea
 Sed priusquam eum mater
 In auras lucis ederet,
 E sinu solem prospexit
 Terris lumen diffundere,
 Qui post altus HYBERNIA,
 Sacro edoctus dogmata,
 GALLICA arua adiens
 Plebi salutem tribuit.
Aegri sonantur ocyus,
 * Nautis producit latices,
 * Piscis in usum praebeatur,
 Cedit imber a lege.

b

* m. f. S.
 acutis.
 * m. f. pris.

Prolem

**

Problem capit sterilis,
 Ales rapinam reddidit,
 Fanis horrea augmentur,
 Abscissa caro solpes est.
 Tactus vidit, nec cernitur,
 Suntit dama ergastulum,
 Fugit pestis ab homine,
 Quam dæmon sœuus miserat.
LIGERI scapham retinet,
 Ablato furto prodeunt,
 Coecusque lumen recipie,
 Præbendo cibus augetur.
 In esca fali veniunt,
 Feræ iussis obediunt,
 Fides patrari consicia,
 Nouit quod possit omnia.
Deo patri sit gloria
 Eiusque soli filio,
 Cum Spiritu paraclyto
 Et nunc & in perpetuum. Amen.

Versus HARTMANNI ad suscipiendum Regem,

Suscipe clementem, plebs deuotissima, REGEM,
 Ducq; canens GALLI te&a sub alta pij.
 Iam benedict'e veni, rector dignissime Mundi,
 Dextera te CHRISTI, protegat arce poli,
 Actibus in cunctis tibi prospera cuncta superne
 Proueniant, votis & sine fine piis.
 Hoc nos instanter rogatamus pectore fido,
 Hoc petimus omnes, nocte dieque simul.
 Te nobis blandum dederat dilectio CHRISTI,
 Qui nosmet tanta sedulitate fones.
 Insta te nobis bonitas & sancta voluntas
 Ante dedit charum quam quoque visus eras.
 Cernere nunc faciem liceat virtute nitentem,
 Optio quod nostra sepe cupita fuit.
 Rex Dominus Regum factor, Rectorq; potentum

Qu

Qui te terreno prætulit imperio.
Hic te confortet semper, virtute polorum,
Et secum regno lætificet supero.

VVALDRAMMI, Decani.

REx benedicte veni visens habitacula GALLI
OTHMAR te cœcis accipienda sacris.
Istud sanctorum concludit millia templum,
Quam subiens ædem, experiaris opem.
Iugiter ista suis te seruet turba sub alis,
Cuius REQUIAS hæc tenet aula piæ.
FRANCIA t' SVEVIS, & REX, direxit alendis,
Iam pecuare tuum pasce diu viduum.
NORICVS, & SCLAVVS, BEMANVS, SAXO, TORINGVS,
Corde manent alacrite dominante sui,
Occidua gentes, HYPANIA, GALLIA triplex
Se studeant properè sub tua lceptra dare.
Italiæ populus diuerso sanguine mixtus
Ad te pigmentis, palliolisq; ruat.
Ebrus, Thermoodon, Trax, Nuchul, Bosforus, Vfens,
Sumanst maxillis iam tua frena suis.
Hos inter populos nostri misericere Monarcha.
Commonitus fido à Salamone tuo.
Fias placatus nobis, mane easq; misertus,
Quos stirps SCOTORVM fusat in hanc eremum.

Item, de quo supra.

Imperatorum genimen potentum,
Maëste regnorum nouitate mira,
Semper antiquis famulis benigne
Rex miserere.
FRANCIE Regis micuere, patres
Fulgidi regis KAROLI, per orbem
Nec minus matres ALEMANNA tellus
Misit honoras.
Hic domus, hac est patria creatus
Fautor OTHMARVS, BENEDICTVS abba,

27.
Eiusdem
forse. im-
mediate e-
nim in m.
s. sequitur.

b 2

GAL-

250
Rapertus.

GALLVS & SCOTTIS veniens beaut
Omnia nostra.

Barbaros terrens, proprios foueto,
Cum quibus omnes Orientis artes
Immo quadratis superabis arui

Summa velima

Turis & pacis moderator æquus,
Temperas, fortis vigetas per omne
Tempus, hic degens, super astra cœli

Hinc abiturus.

Versus Raperei de S. MAGNO;

M ire cunctorum Devs & creator,
Mitis & fortis, solidator orbis,

Vota seruorum tibi subditorum

Aspice clemens.

Pangimus clarum cupidi triumphum,

Mente gaudentes, simul & precantes,

Sanctus ut præsens super astra gaudens

Nos benedict.

Ille dum vita fruitur, caduca,
Lucis æternæ radios videre,

Visib' cordis studuit sub imis

Tretus ab altis.

Nomen hic MAGNI reserando plebi

Viribus magnis, colitur celebris,

Auctus à GALLO superis amando

Dogmate largo.

Hostis immitem domuit furorem,

Pacis authorem comitando suavem,

Omni bus sancte, placidæque vitæ

Normula factus.

Ille post clarum remanens Magistrum,

Eius exemplis inhians beatis

Turbidum Mundi reprobans honorem,

Terrea spexit.

Spiritu pauper fuit hic minister

Hinc & in regno micat ille dexter,

Mitis

224

Rapemus

vitam s.

Magni ex

m. mona-

sterii s.

Magni in

pede ponit

Rati p. scri-

ptam à

Theodoro

socio s.

Galli et s.

Magni,

qua Tho-

dorus in

sepulchro

s. Magni

ad caput

depouit,

Rapertus.

477

Mitis exstabat, tenet atque terram
Vtua gerentem,
Ferudo planetu simul hinc dolebat
Inde solatum Dominus coronat,
Tristibus spretis, lachrimisque terfis
Perpetue regno. Mire.
Famis en iusta, pariter sitisq;
Damna perperitus, fuit hic beatus,
Vnde diuinis dapibus repletus
Gaudet in astris. Mire.
Hic tuit clemens, miserans misellos.
Eius & iudex miseretur altus
Tota cum Mundi species abibit,
Fine sub uno. Mire.
Corde nam mundo fuit atq; puro,
Hinc Deum clare meruit videre,
Filius summi simul & vocari
Pacifer ipse. Mire.
Persecutorem toleravit iste,
Iusta dum voulit, dominioque reddit,
Inde celestem meritò decorem
Possidet ipse. Mire.
Bis quater summis speciebus ecce
Preditus splendet pater hic beatus
Omnibus nobis veniam benignus
Conferat idem. Mire.
Inde nunc ecclisi rutilans in aula
Cuius aeterna sociusq; turmae
Nostra placatus pius & benignus
Criminat ergat.
Præstet hoc nobis genitor perennis
Natus, & plenus patrii vigoris
Spiritus sancti moderante nos tro
Lumine sensus. Mire.

Verfus

b 3

*Versus ad sollemnem, per campos & montes processione
de reliquiis S. GALLI, ibitum praesenti-
bus ex eodem.*

23.

IAm fidelis turba fratrum voce dulci sonet,
Hymnum dicat, & serena partiatur dragmata.
Dulce pondus & beatum in lectica deferens.
Scandens & descendens inter montium confinia,
Siluarum scrutando loca, valliumque concava,
Nullus expers ut locus sit istius solaminis.
Iamque celum iamque Terra, iamque Pontus laudibus
Plaudat, atque circumquaq; vox emissa pleibus,
Auctorem patremque tantū tamque clari luminis.
Hinc exultent Astra cœli, laetusque circulus,
Signatum bissena saltent, & corona nobilis
Ornatusque totus soli Conditori cognitus.
Nos istorum semper clara sequuntur manūa
Sanctitati tantæ cantu perlomenus bombico,
Exaudire quod delectet cuncti plaseni seculi.
His incepitis assit alma **FELIX & THEOTOCVS**,
Assit PETRS, hunc sequatur omnis atq; APOSTOLUS
MARTYR & CONFESSOR, atq; turba sancta VIRGINVM,
Nunc Redemptor & Creator, auctor veri gaudijs,
Largiatur aptam vobis virtutis fiduciam,
Ut sibi volendo digna, captemus perennia.

Item de quo supra. Cnonymi &c.

24.

ORecto inuitissime,
Regumque sator inclite
Nostras preces cum carmine
Intende nunc piissime.
Timenda res est denique,
Præsumimus quam tangere
Artus est horum pangere
Quos tu beasti in æthere.
Absterge nostra quæsumus
Peccata, quæ commisimus,
Ut sancta membra tangere

Non

Non pœna sit, sed præmium,
Adest fides promptissima,
Spondens per ista munia
Nos adiuvari certius
Discedat hinc iam perfidus:
Nam Spiritus ex sydere
Hæc creditur reuise
Gaudens honorem prouochi
Quandoque reddendum sibi
Nunc MAGNvs iste nomine,
Maiorque Christi munere,
Defendat alma gratia,
Plebis vianis pectora.
Portamus ecce cernui,
Pignus decoris splendidi,
Nunc plane nunc per ardua
Ad fedis apta culmina,
Hic ciuium cœlestium
Lux clara splendet obuia,
Ac compares fidissimi
Iunguntur ore nobili.
Illuc parentis gloriam
Summique Nati gratiam
Cum claritate Spiritus
Latiscamus vocibus. A.

De S. MAGNO.

C Armina nunc festis psallamus rite choreis,
Obuia latantes pectora qui ferimus.
Aurea iam resonent redimitis carmina bombis.
Quæ variis mixtum vocibus aura ferat.
Nil sic perspicuum poterit vox clara referre,
Ut decet in tali nunc patris obsequio.
Sic devota tamen pandamus ora, canentes,
Pectora de puro hos referendo sonos.
Istuc iam properans Domini dilectæ propinquæ,
Quo tibi condigna corporis Aula nitet.
Hic tibi perpetuis resonant concentibus ades

15.
Incerti
autori,
monachi
zamen S.
Galli, arg
ut vide
tur, Har
manni,
propter
quosdam
eius ver
sus quos ha
bet etiæ in
Litaniae
Humili
Offi- grecæ.

Omibus & sacris semper habetur honor.
 Dum læti famuli celebrant hic festa benigni
 Laudibus instantes no[n] te, dieque tuis,
 Lætus ob hoc nostros blandus que iauisico fines,
 Atque pius seru[us] auxil[us] te tuis.
 Iam nunc seruitis famulūm confus[us] et tuorum
 Prosper & hunc vultum flecte serene tuum.
 Dirige corda pius, & tempora dirige nostra,
 Atque dies lætos duc[et] ea famulos.
 Ut semper valeant tibi met[us] cantare quietis,
 Te quoque cœlesti cernere luce poli.
 Sternere supplicibus isthac modo patria no[n]is,
 Et venerans tanti suscipe membra viri.
 Ipsas omnigeno decorans cum flore plateas
 Lumina per pulchris obvia lampadibus.
 Adueniunt pariter, nec non comitantur eundem
 Perspicui fratres, angelici proceres.
 Qui sancti ferentrum circumvolitando beatum
 Alarum expansu vndeque membra tegunt.
 Inde COLVMBANVS noster pater atque Magister
 Alpibus excursis aëriisque vii.
 Hic aderit præsens, alacrisq[ue] ad gaudia tanta
 Agmina coniungit confociata simul.
 Continguntur ei celeres, gressusque fatigant,
 Tres quoque Francorum Scotigenz pariter.
 Quos volitans fama asciscens ad gaudia tanta,
 Vnitos tulerit dulcibus obsequiis.
 Obuius hinc proprios GALLVS producit Alumnos,
 Longius occursum approperans rapido.
 Hunc circu[m] medium numerosis coeiibus ancus
 Densatur nitidus Cœlicollum populus.
 Omnes qui pariter sancta de yoce salutat
 Et proprios Lares MAGNE subire rogat
 Ut quos ætherei retinet communio templi,
 Hic quoque consortis iungat honoris amor.
 Intercea OTHMAR[us] præstabit cura Beati,
 Mansio constructa quoque parata fiat.

Vt nil dispiceat venietis hospitis ori,
Omnia splendentis niteant facie.

Inuitatio S. MAGNI,

Anonymi.

Miles ad castrum properes nouellum,
Pridem & notos repeatas locellos,

Posside terram tibi præparatam

Iam comes GALLI, sociare illi,

Nos sua, MAGNE,

Miserat ad te

Oppido poscit.

Nunc studet ille

Te veniente

Nil remoraris.

Sexus vterque

Turba pedestris,

Vociferantur

Te, pater, artas

Ut veniendo

Et modulantur.

Quando parata

Tecta Patrona.

Ipse tuere.

Ad tua quisquis

Te sibi poscat

Est omisertus.

Igne nociuo,

Dæmonis astu,

Protege ciues.

Corporis ut qui

Condere partem

Inueris illos.

Notkeri physici, seu zabolonis, hymnus de una virginis.

Hymnuu beatae virginis
Dic turma voce supplici,
Lauda Deum per omnia,

Pignora GALLVS

Te quæ venire

Miles,

Rus laquearque

Comere laute,

Miles,

Vir, mulierque,

Cætus equellris,

Miles,

Expetit omnis,

Cuncta mederis;

Miles.

Ingrediaris

Nos famulantes

Miles,

Limina stratus

Sancte fauere

Miles,

Grandine, morbo,

Marte, fameque

Miles.

Reliquiarum

Promeruerunt,

Miles.

Hattenus
ex m. s. co-
dice qui
fuit sub
Conrado
caſare
exaratus.

Eius canens miracula.
 Infirma mundi eligit,
 Et magna spernens proicit,
 Infirmitatem fortia.
 Confortat autem vilia.
 Quod nunc in alma virgine,
 Palam valemus cernere,
 Sexum domans quæ labilem,
 Vitam gerebat celibem.
 Pomposa mundi gaudia.
 Contempnit ut ludibria
 Soli Deo se subdidit
 Illique totam tradidit.
 Deo patri sit gloria &c.

Eckerardi Decani. Hymnus de simplici confessori.

Confessor æterni patris

Inuitæ miles filij

Athleta fortis Spiritus.

Nobis faue poscentibus.

Crucem Christi tu baiulas.

Christoq; confixus cruci

Iocunda spernens seculi

Gaudes modo in regno Dei.

Nunc ergo nobis quæsumus,

Præsens adesto dominus.

Omne impetando commodum.

Atq; perenne gaudium. Præsta. p.

De eodem S. GALLO. Cnonimi hymnus quotannis in

solemne cantari solitus.

Vita sanctorum, via, spes, salusque,

Christe, largitor probitatis, atque

Conditor pacis, tibi voce, sensu

Pangimus hymnum.

Cuius est virtus manifesta, totum

Quod pijs possunt, quod habent, quod ore,

Corde vel factis cupiunt amoris

Igne flagrantes.

28.

29.

Qui tua sanctum pietate GALLVM
Indicem lucis superæ dedisti
Eius ut docti monitistenebras

Mente fugemus;

Hic ad exemplum volucris canoræ
Actibus scelè prius excitauit,
Ut quod ingessit vigor instruentis

Vita probaret.

Qui potens verbo, venerandus actu,
Semper æternis inhians lucellis,
Plura virtutis meruit supernæ

Signa patrare.

Quæsumus Mundi sator & Redemptor
Ut sacris ciuis meritis tueri,
Hanc velis plebem, tribuens quod optas

Corde benigno.

Temporum pacem, fidei tenorem
Languidis curam, veniamque lapis
Omnibus præsta pariter beatæ

Munera vita.

Ne quibus tanti dederas patroni
Prima prouisor documenta clemens,
Illiua sacram patiaris vñquam

Defore curam.

Huius obtentu licet a titari,
Iste ne laudem tibi summe rerum
Rector acceptam, locus expedire

Cefletin æuum.

Hoc patris proles, pater hoc benigne.
Spiritus præsens, hoc vterq; compar,
Nunc & æterno facias perenni

Pariter seculo.

NOTKERI Medici doctoris (ut eum antiquissimus defunctorum
liber appellat) excellentissimi Hymnus de S. OTH-

MARO visitatus etiam.

Rector æterni metuende seculi,
Auctor & summa bonitatis ipse,

30.

Quas

Quas tibi laudes ferimus canentes,
Accipe clemens.
Festa quæ sanctis colimus tropheis,
Nomen OTHMART resonant beati,
Cuius optandis meritis Creator

Illudicasti.
Qui patrum normas imitando sacras,
Victor in duro validus duello,
Hostis atrocis rabiem subegit

Belliger audax.
Principum fœnas doluit rapinas,
Inde raptorum studiis grauatus,
Martyris palmâ meruit superna

Scandere regna.
Eius ad sanctum tumulum paret
Quanta splendoris teneat perennis
Dona, cum semper capiant ibidem

Lassa vigorem.
Cassus auditu, vacuus loquela,
Captus & gressu, capiunt salutis
Munus optatum, reclivante sancto

Languida quæq;
Quæsumus nobis Dominator orbis,
Huius obtentu veniam misertus
Confer indignis, tribuens manentis

Gaudia lucis.
Hoc Pater summus, patris atq; Natus,
Præfet & clemens vtriusq; Flatus.
Trinitas simplex, & ubique Princeps

Omne per æcum.

S. NOTKERI cognomento BALVLI ad LVITWARDI
DVM Abbatem Bobiensem, Archicapellanum, Cesarum profectionum
(ut ipse loquitur) mitissimi GALLI, Conclusio dedica-
toria Prioris partis sacrarum sequentia-
rum. Habentur in ipso opere.

P Ars LVITWARDE prior finior calle libato,

Com.

Commotam cane post terram, miserum què profundum,
 Latitiae melos, sanctique decens habitaculum,
 Atque oculos Regi meditare intendere cœli;
 Hierusalem donec merearis scandere celsam,
 Qua deridebis quondam cedentia flagra.
 Et cum Rege tuo gaudebis hic crucifixo,
 Posterior pratis renitet cum floribus amplis.

De Spiritu sancto ANONYM.

Preuumatis æterni Deus adsit gratia nobis
 Et tibi deuotos sanctificet famulos.

Purgator idem sordum,
 Discretor & ornatum
 Cunctis in se fidentibus
 Aflit protector sedulus.
 Sanctorum cogitatuum
 Suasor & meditatuum
 Vnguento tuo quæsumus,
 Vnge nos sancte Spiritus:
 Spirando suave sensibus
 Infunde lumen, calitus
 Possint ut mere splendidum
 Contemplari principium.

Ex priscis quondam vatibus
 Diuersis enigmatibus
 Clausurum matris verum
 Promisiisti Dei filium.
 Electi gregis Principes,
 Et bellatores milites,
 Donasti forti pectore
 Nescio penitus cedere.

Intende votis supplicium
 Tibi nunc spirantium,
 Per quem deuoti gemitus
 Parantur Dei auribus.

Dignatus idem hodie
 Terrestria inuisere,
 Formasim mores hominum

32.
 Ex vell-
 stissimo ce-
 dice

Excm-

Exemplar ad cœlestium.
Splendor, virtus, laus tibi sit,
Cum patre par & filio
Sacratu sancte Spiritus
Per seculorum secula. Amen.

*Carminis de S. STEPHANO fragmentum
ANONYMI.*

33.

Primus init STEPHANVS mercedem sanguinis imbre
Afflictus lapidum, Christum tamen ille cruentus
Inter faxa rogit, ne sit lapidatio fraudi:
Hostibus ò primæ pietas miranda corona!

En vice nos Stephanum Dominum pullando canamus
Agite, iam sequitur cantus soluta oratione.

Fragmentum Carminis S. Tuteonis.
Rex p[ro]p[ter]e, Rex Regum, regnans ò Christe per ævum
Qui mare, qui terras, cœli qui sceptra gubernas,
Noxia depellens, culparum debita soluens,
Qui super astra sedes, patri D[omi]nitate cohæres,
Es quoq[ue] sermo patris summi, reparator & orbis,
Lux, via, vita, salus, spes, pax, sapientia, virtus,
Hic tibi laus resonet, chorus hic in laude resuluet.

De Epiphania.

34.
Mezlerus
putat esse
Hartman-
ni, nam in
m. et erant
annexi
versibus
Hartman-
ni.

Tribus signis D[omi]no dignis
Dies ista colitur,
Tria signa laude digna
Cœtus hic persequitur,
Stella Magos duxit vagos
Ad præsepe Domini.
Congaudentes omnes gentes
Eius psallant nomini,
Nouum mirum, aqua vinum
Factum est ad Nuptias,
Mundus credit, CHRISTVS dedit
Signorum primitias.

A IOANNE in Iordanæ

CHRI'

CHRISTVS baptizatus est,
Vnde lotus Mundus totus
Et purificatus est;
Lex & lege. A summo Rege
Tibi benedictio
Sit; in celis plebs fideliſ
Pſallat cum triplidio. Amen.

Fragmentum de Natiuitate.

ANONYMI.

LAudemus omnes Dominum,
Qui virginis per uterum
Parvus in Mundum venerat
Mundum regens quem fecerat.

35.

Aliud de S. Agnete.

INclita virgo Dei sancto coniuncta pudori
Agnes accensa studet obuia lampade CHRISTO
Virginibus comitata piis, quicis carmine laudes
Concinit iste chorus recolens pia facta benignè.

36.

Item Tropus alias de Resurrectione Domini.

EXurge Rector Gentium,
Nec moriturus amplius,
Orbemque totum posside
Tuo redemptum sanguine.

37.

Item Versus alij vetustissimi de S. NOTKERO.

Optans misceri NOTKERVS in æthere plebi,
Cuius dulcisonis nox nunquam cessat ab hymnis,
Gaudia dum liciuit crucis hoc in carmine lusit
Quod Domino laudi, GALLO que studebat honori.

38.

Et.

Plurima falsidicis indulxit flens inimicis.
Pluraque pandebat fore quæ ventura videbat.

39.

De S. IOANNE EVANGELISTA.

AD laudem Regis gloriz.

40.
Vox

Vox intonet Ecclesiæ,
Propter I O A N N I S merita
Hæc recitans præconia.
Proclamat saluberrimè
Spiritus sancti carmine,
Quam fideles perpendite,
Vt percipiat gaudia
Conditoris perennia:

Ecclesiæ.
Et qui continens est &c.
Quia dulcis est gratia,
Suavis misericordia,
Mirabilis in gloria.

Cibavit illum pane &c.
Dum supra pectus Domini
Recumberet altissimi.

Et aqua sapientie &c.
Vt paradisi fluminis
Totum orbem celestibus
Irrigaret dogmatibus.

Et firmabitur &c.
Vt arce sion positus
Præmineat virtutibus.

Et exalt. illum &c.
Cum æquo Mundi Iudice
Throno sedentem gloriæ.

In medio Ecclesiæ &c.
In voce euangelica,
Ad diuina præconia.

Et impletuit illum spiritu, &c.
Vt more volans Aquilæ,
Solem spectet Iustitiam.

Et stola gloriæ &c.
Inter sanctorum agmina
Coronis rutilantia,
Et luce solis candida.

Iocund. & exulte:
In Angelorum curia
Perfecta immortalia.

Et nomine eterno.

Quidam

Quem dilexit proximis omnibus
Unicus Dei filius:

Dominus DEVS noster.

O IOANNES Theologe,

O CHRISTE dilectissime.

Tuis latos solemniis

Cœli coniunge gaudiis.

ANONYMI de Epiphania exponens lectionem I/ia.

Surge, illum.

Praesentis festi gaudia,
Aeternal luce splendida,
Ita pandit Ecclesia,
Sub Ierusalem specie,
Qua iacebat in tenebris
Per primi culpam hominis.

Surge &c. gloria Domini super te orta est.

De virginali vtero,

Obumbrante paracrito,

Teste vatum præconio.

Quia ecce tenebre operient &c.

Iudæa enim perfida,
Peccatis obscurissima,
Contempnit hæc præfentia,
Cœlestis Regni lumina.

Super te autem orietur DEVS.

Cuius ortu tripudians
Angelorum symphonia,
Sub noctis canticino
Dulci deprompsit organo.

Et ambulabunt &c.

Stella ducente prauia
Ad pueri cunabula,
Vbi lacrata puerpera,
Ipsum, qui regit saecula.

Ieua &c. venerunt tibi.

Vt fiduci per gratiam

Prouehantur ad gloriam,

Filij tui de longe &c.

764 v
Anonymus.

Supremi, Regis gratia
Qui præconum instantia
Ex quadro Mundi latere
Intra sinum Ecclesie
Multos in fide colligit,
Et ecclii ciues efficit.

Tunc videbis &c. omnes de saba venient,
Cum myrra impetribili
Ad sepulchrum Domini,
Cum Deus & rex gloriae
Adoratur in homine.

Tropus de Nativitate

42. **L**Audemus omnes Dominum,
Qui virginis per uterum
Parvus in Mundum venerat
Mundum regens, quem fecerat.

Clavis de S. IOANNE Evangelista.
Dilectus iste Domini
IOANNES est Apostolus,
Scriptis eius & monitis
Pollet decus Ecclesiae.

Alinus de Epiphania Domini.

44. **F**orma speciosissimus,
Manus; potentissimus,
Ex Davidis origine
Natus Maria Virgine
dicitur S. Tutele, quos ubiq; sequuntur grauisimae antiphona: utrum vero etiam hoc sit.
rit, mihi incomperium, sed valde credibile est.

NOTE.



Via hos, ut appellant, tropos, sedocuſ Metzlerus putat à S. Tuteleone conscriptos, volui, ut sciatrus quis Tutele sit, subiungit, que Metzlerus habet lib. de illius fr. viris S. Galli. B. Tutele (qui olim vulgo Sancti Göttingi) magnoruſ & nobilium parentum filius, Monachum in S. Gallo Professus, pictor, poëta, orator, musicus
& egregius de vox & ritus, in vita quoque lingua potens, promptius natura, serio
& ioco, festiuſ, voce clarus, cælatura elegans. Pingebat aliquando in Metz-
sum

suum vrbe imaginem D. Virginis, & ecce duo angeli ad ipsum in habitu peregrinorum accedentes eleemosynam petunt, qua accepta ad quendam clericum se convertunt, & aiunt illi: Domina illa, qua illi radios ita ad manum dat, nunquid illius soror est? Stupens clericus (quia ibi consitens nihil simile videbat) approponiat, & quod ante aluit, etiam illi fit palam. Vnde se cohíbere non valens, ait illi: Benedictus tu Domine pater, qui tali Magistra viris ad opera? Qui cum ipso quid dicerent nescire affereret, vehementer in illos inuenitus, ne cui tale quid dicerent, interminatus est. Statim peregrini transeuntes disperuerunt. In crastinum autem cum gloria talem de se plures audiret diciturare, occulit se subtrahens, cestis è medio, neque iam ultra in vrbe illa operari volebat. In planities autem ipsa aurea cum reliqui set circumlocutum vacuum; nescio cuius arte tales calatis sunt apices:

Hoc panthema pia calauerat ipsa Maria. Et imaginem quidem quasi sedentem cunelis ad sufficientibus miris venerandam tanquam viuam reliquit. In reditu autem ad monasterium (dicebant patres) cum signum ad Missam datur, in villa quadam per invocationem S. Galli demonium eum evicisse ex quadam in templo illo tunc debacchante. Erat in publico letus, in angulis lachrimosus, in choro strenuus, honoris Dei Zelator mirus. Et cum egregie deus esset, edidit non pauca ingenij & devotionis sua monumenta, ex quibus sunt multi tropi & melodia, quarum etiam in S. Missa Iesus est. Cuius priuera dictata singularis & agnoscibilis melodia sunt, quia per psalterium seu per Rotam (textus habet Retham) qui potentior ipse erat, neumatam inuenta dulciora sunt, & apparent in: Hodie cantandus est. Et: Omnia virtutum gemmis. Quos quidem tropos Carolo Regi ad offerendum, quum ipse Rex fecerat, ob tulit canendos. Qui rex etiam: Viri Galilei, cum dictasset, Tuteloni versus addere iniunxit, & aiunt: Quoniam Dominus Iesus cum esset. Omnipotens genitor, fons, & origo, cum sequentibus. & hos enim solos libuit adferre, & si musicus sis, quam dispar eius melodia sit, videbas. Mortuus est opinione omnium sanctus, & sepultus in Monasterio in facculo S. Catharine (quod sicut & cœmiterium illi contignum S. Tuteloni vocatur) ad dextrum altari cornu, hoc epitaphio.

Virginis almifice piolor egregia tutelo

Excellens meritis & pietate potens.

Nemo tristisabit, qui te colit & veneratur,

Fers cunelis placidam quippe salutis opem.

Floruit tempore S. Notkeri sub Bernardo Abate circa an. 883. De eo Eckerhardius in libris casuum & Benedictiorum, & codex ante 800 annos scriptus. Bruschius &c. Hac Metzlerus, qui diligentissime ex antiquis monumentis colligit.

Versus in Natiuitate Domini canendi in processione.

45.
Habentur,
 sicut &
 tres equæ-
 ter hymni
 in veter-
 fissimo
 m. sebore,
 argento,
 gemmu,
 auro olim
 vestita.

Et tibi deuotis pandere te famulis.

Perfultent nostræ tibi Virgo Maria camænæ,

Quæ rutilas cantis congrua mysteriis.

Sed quæ condignas tibi lingua rependeret clades

Praeulaet, extollens nomen ad astra tuum?

Quem non immensi capiat teres orbita Mundi

In tua se clausit viscera factus homo.

Cœlum curuauit, sola fecit, & æqua fudit,

Principij princeps, omne quod est faciens.

Excrescens lapis, absq; manu de monte reuulsus,

Mole sui Mundum obtinuit stupidum;

Semper cum Patre cui virtus & gloria, forsq;

Æquiparet regnum, splendor, honor, solium.

In Epiphania.

46.
SAlue mirificum semper Deus in patre verbum,

Mirifico parta iam caro carne fatum.

Hoc fœcundata, & cœlesti ex rore rigata

Florueras Virgo tu benedicta Deo,

Natum lactanti, gremioq; souendo locall,

Qui tuus est Auctor, filius & Dominus.

Ingratus noxæ timor omnis abesto veterne,

Iam nouitas regnat, totus & orbis ouat.

En lesse Virginam decorat, bene flosculus illam,

Vatis ut exorsa præcinnuat facra.

Excrescens lapis, absque manu de monte reuulsus

Mole sui mundum obtinuit stupidum,

En nunc impleuit quod ea per enigmata clausit,

Pandit & obscura gratia luce noua.

Telatur fidis gregis angelus ipse magistrus,

Eius in exortu luce tricancis rutilus,

Hoc festum tanti canit hæc pia vota dici,

Stella recens clamat, aucta dies iubilat.

Semper cum patre cui virtus &c. ut supræ.

In festiuitate S. Othmari,

Verbus ad processionem.

473

Festum sacramum psallimus,
CHRISTO canentes laudibus,
Qui dat coronam testibus,
Nobis det indulgentiam
OTHMARVS Abbas vocibus
Orandus est concordibus,
Quem factor ipse celitus
Donauit hic virtutibus.
Hunc esse patrem patriæ
Latet omnis Suevia,
His natus, hos nunc confouet,
Placando CHRISTVM plebibus.
Hic dona sancti SPIRITVS,
Accepit annis parvulus,
Ipsum datorum munerum
Spargens in oras exteras.
Omnes gradus hic presbyter
Orant beatis moribus,
Patri preces celestium
Votis litando munerum.
Communis hic vita sator
Scuimagnus extat conditor,
Praelatus Abbas incolis
Huius loci pranobilis.
Fit pauper hic pro paupere,
Cunctos egentes confouens,
Dum quod dat eis parvulus,
CHRISTVM respectat, fratribus.
Nunc gaudet in regno D[omi]ni
Functus corona præmij,
Quam Christus illi reddidit,
Pro quo labores sustulit.
GALLO patri landibili
OTHMARVS Abbas iungitur,
Istum locum qui jugiter
Tutentur, & nos supplices.

Ad S. Othmar.

d. 5 Virtus.

Virtute semet viuere
Demonstrat hic credentibus,
Certum fide quod quærimus.
Præbet pater sanctissimus.

Effunde voces plebs Dei,
Commissa defle noxia,
Astat rogator gratia,
Reddens æquum quod suscipit.
Absolute clementissime
Nexu ligatos criminis,
Delen malum quod respuis,
Addens bonum quod respicis.
Laus sempiterno sit patri
Nec non perenni filio,
Sanctoque sit spiramini,
Per seculorum sacula.

In choro.

48.

SAlve festa dies, laudabilis, atque beata,
Quia Deus in seruum videt ab arcu suum.
Ecce redit princeps laudandus carmine nostro,
Gaudia sint, populo quod redit ille suo.
Vtue diu Princeps, post plurima prælia vicit,
Vndique deficiunt, qui tua dama petunt.
Virtutum meritis tua vita resulget honesta,
Hinc te laude fruifecit in orbe Deus.
Infula sincerum nunc cornet splendida vultum,
Omnipotens tibi laus detur ab inde Deus.
Inuidia magna corruptus præstul iniquus
Inuidet, atque gemit quod Deus ista facit.
Nequiter intendens te vincere vincitur ille,
Concidit in foueam cuius & auctor erat.
Defensus meritis, in honore manens bone Princeps,
Digne susciperis: psallimus inde tibi:
Nos tuus aduentus condigne psallere cogit,
Sit tibi pax requies, sit benedicta dies.

D.P.N.

**D. P. N. NOTKERI BALVLI hymnus de omnibus
sanctis cantari soletus.**

OMnes superni ordines,
Quibus dicitur hic dies,
Mille millenni milles,
Vestros audite supplices.

Primum virtutes igneæ

Mox replete scientie

Exin iuvate nos prece

Sessiones Dominicæ.

Dum nos cœlestes Domini,

Et principes præualidi,

Potentiaque præditi

Estate nobis placidi.

Hinc ditati virtutibus,

Vosque tremendi nutibus

Et fulgurosi vultibus,

Christi fauete plebis.

Omnes quos Dei gratia

Ab hac exemis patria,

Bona donare cœlestia,

Nostra laxate criminis.

Tu pater assis Abraham,

Claram regens prosapiam,

Cum ipsis necessariam

Nobis precando veniam.

Tandem David hymnidicis

Hinc inde stipatus choris,

Pulcher coronis regis,

Cunctis succurre miseris.

Sacer adesto flagitans

Cœtus futura prædicans,

Nobis Christum concilians,

In cœlo iam tripidians.

Omnes, dum carnem induit,

Quos CHRISTVS præfens docuit,

Quosque absentes imbut,

49.

d 4

Erigi-

Erigite, qui coruit,
Nostros supreme clauger,
Et nouæ pacis legifer,
Omnisque CHRISTI crucifer,
Actus mundate pariter.

Nunc omne sacerdotium
Primus ordo Pontificum
Clerum ducendo subditum,
Fletum tergite supplicum,
Nunc posce nobis Genitrix

Omnisque carnis dominix,
Ut cesset culpa perditrix.
Et plebs soluatatur debitrix.

Istud concede Trinitas,
Et indiuisa vnitatis,
Domus regens pacificas,
Ætates per interminas. Amen.

50. Sequentis Lamentationis prolam fecit S. NOTKERVS, cum in Maria
dobel, pons in loco præcipiti & periculofissimo edificauit.
Quis autem versus adiecerit, nescio. Descripti ex vetustissimo
codice. Vbi cum modernis etiam notis est.

Media vita in morte sumus, quem querimus adiutorem, nisi te Domine, qui pro peccatis nostris iustè irasperis.

Ach.

Homo perpende fragilis,
Mortalis, & instabilis,
Quod vitare non poteris,
Mortem quocunque ieris.
Aufert te sapissime.
Dum viuis libertissime.

Sancte Deus.

Vx.

Calamitas inediz,
Vermis fremit inuidiz,
Dum audit flentem animam,
Mortalis esse virinam,
Nec Christi fortis gladius,
Transiret, & non aliud,

Sancte fortis.

Heu.

Nil valer nobilitas,
Nequedis sublimitas.
Nil generis potentia,
Nil rerum affluentia.
Plus pura conscientia
Valer mundscientia.
Sancte & misericors saluator amarē morti ne tradas nos.

Eiusdem S. NOTKERI ad Ruodbertum Episcopum Met:
bymni 4. de vita & miraculis protomartyris
STEPHANI.

Hymnus primus de passione S. STEPHANI.

Primus ex septem niueis columnis,
A Petro electus STEPHANVS beato.
Voce, vel signis medicans misellis,
Claret in orbe.
Qui breui verbo replicans priora
Persequutores docuit piorum,
Esse Iudeos, probitate cassos,
Felleque plenos.
Nec nouum quid, quod Dominum furor
Impio, ad poenam crucis impulerunt,
Cum Prophetas, vel Patriarchas ante
Sæpè necarent.
Hisce prædictis, licet angelorum
Ille fulgeret facie decorus,
Ceu prophanum incenibus urbis alte
Eiiciebant.
Saulis & curze induvia calentes,
Ne piger forsan furor impeditus
Tardius sanctum lacerare posset,
Deposuerunt.

¶
Ipse Not-
kerus in
vita. Si
Galli re-
fert hosce
versus ad
Ruoper-
sum Epi-
scopum
Metensem
scripsisse.

d s

Tum

Tum volant crebri lapides per auras,
Instar ingentis pluiae, vel imbris,
Vineæ tandem sterili negandi

Atque nocuæ.

Sed tamen sanctus pietate plenus,
Persequitori veniam precatur,
Atque pro crudis lapidum pruinis

Pronus adorat.

Huic ad exemplum Deus ipse magnum
Præditit sese conspicendum omni
Sæculo, quod protuerit caput ceu

Martyriorum.

Nam quis audebit dubitare, sese
Quod Deus feruet pius in futurum?
Quando in præsenti STEPHANO videndum

Præbuit ipse.

Vt fides iam conspicue vireret,
Visibus nostris propiante cœlo,
Vel patri summi renitente Nato

Aethere aperto.

Spiritu vel se manifeste in ipso
Esse prodente STEPHANO benigno,
Talibus signis, pia trinitatis

Quæc bona fulgent.

*Hymnus secundus de Reuelatione corpori
S. STEPHANI.*

52.

CVM S. STEPHANVS necis petrinæ
Multatus misera iacere forte
Compertus fuerit Gamaliel,
Compassus bonus ille non nocenti
Poscit Christicolas, piarapina,
Corpus tollere dentibus leonum:
Vectum nauicula quod ipse fumit,
Conditumque suo locat sepulchro,
Et planæ tu nimio sequente curat.
Ac post mortuus applicatur illi;

Et post tempora valde multa, fese
Pandit presbytero, docetque clausa:
Ioanni studet ille nunciare
Sancto Pontifici simulque sumptum
Thesaurum STEPHANI, SALEM ferebant:
Ettanc arida vel situ perusta,
Accepit pluias diu negatas
Tellus, germinibus soli creandas.
Hoc testem decuit honore tolli,
Imbrem qui lapidum ferebat vltro;
Orans impia ne manus periret.

*Hymnus tertius de miraculis ipius in Africa
ostenis.*

VT reuelatus STEPHANVS micabat,
Ossa sunt eius celeri meatu
Africanorum steriles per agros
Sparsa serendo,
Flore de quorum mulier medelam,
Dante praiecto, meruit, patrono,
Quos tenebratis oculis propinquans
Vidit aperte.
Messe de quorum medicina dulcis
Deuehenti Pontifici fidelis
Venit, ut nec fistula parua morbo
Iam superesset.
Calculi morbus nimius, vetusque,
Quo laborans Eucherius periret,
Temperamento Stephani salubri
Est superatus.
Mortis & saeum Stephanus periculum,
Vesta signata ac citius remissa,
Sic represcit, presbyter ut salutis
Munera ferret.
Martialis tu, Stephani gemella
Sospitans cura, Dominum potentem

53.

Mortis

Mortis & vita celebrate CHRISTVM

Sæpe solebas.

Stephanus quondam podagrum removit

Cælitus latis precibus benignis

Vel reuelato medicantis vñ

Blandus Iatri.

Cum puer, sueto pueris iocandi

More, inter boues tereret terendus;

Stephano, extinctus, medicante

Est reuocatus.

NONNA desperans redditum de arta

Fauce mortis, mox tunicam beato

Stephano misit, moritur, reducta

Qua reuiviscit.

BASSVS & NATAM simili medela

Mortuam, vita reuocavit, horis

Stephanum multis lachrymis misertum

Mollificando.

Filius parvus, patris omne charum,

Spiritus iam iam vacuus calore,

Stephani tactus oleo reuixit

Morte remota.

Hæc ELEVSVINVS Stephanum patrare

Audiens, natum examinem ferebat,

Martyrum Christi manibus medendum,

Estque ita factum.

Emulans PETRONIA quem misella

Stephanum pernix medicum requirit,

Fascino spredo, celerique gaudet

Munere sancti.

Paulus autem, Palladia sorore,

Se per orbem comitante latum

Stephani nutu caruit tremore,

Ac soror ipsa.

Hæc mihi Doct'or retulit peritus,

Nomen Augusti merito retentans,

Quæ tibi præsul vencrande Ruodbrecht

Pango tenenda.

*Auguſti
mhs.*

Hymnus quartus de miraculis eiusdem in Cismarinis
partibus.

O rdnis sacri Stephanus honore
Partibus pollens ASIAE calentis,
Finibus tandem occiduis rofaruna
Spargit odores.

Quos volens plantare beatus ille
Verna MARTINI, vigilans in omni,
De fera accepit sine clave, clausit

Et sine clave.

Qui precabatur veniam imperitis,
Ipse proterrum STEPHANVS repressit,
Innocentes eripiens, reumque

Fune retentans.

In mari nauis propior periclis,
Per manum sancti Stephani retracta,
Aut canes Scyllæ, aut rabiem Charybdis

Salua refugit.

Est Domus Mettis Stephani crux
Sacra, quæ tantum supereesse diris
Posset Hunnorum gladiis, ergoisque

Sanguine tuta.

Quæ Dux NATAM, medicante GALLO
Liberatam dæmonio furentem,
Regis abstraxit thalamis, amore

Integritatis.

Fontis Hispani Stephano patrante,
Munus æternum memorare dignum
Qui lauandis profuit, atq; lotis

Conditur altè:

Sed cum hoc Baptisterium, caballis
Improbis quidam stabulum pararet,
Febre corruptus, Dominum præbit

Ad phegethoata.

Hoc loco, cultrum socio retraxit
Impudens quidam, vacua sed yrna

Mente

Mente præcepta, Stephano iubente
Reddidi ipsum.

Hinc pates
cur diuers
sit Notke
rus Balbu
lum

Æger & * balbus, vitiisque plenus,
Ore polluto Stephani triumphos
NOTKER indignus cecini, volente
Præfule sancto,

Flore RYD BERTVS iuuenale qui nunc
Cor senum gestans, senium beatus,
Ac piis plenus meritis, videre
Promereatur.

Pacis optata potiens quiete,
Hostis & diros superans mucrones,
Quem furens misit Boreas, fugandum
Vel perimendum,

Vt Trinitatis benedicta virtus
Ædibus cunctis, domibusque cunctis
Per preces magni STEPHANI, canatur
Tempore longo. Amen.

Si mihi non vultis, oculis vel credite vestris.
Vos saltem binas piscis mihi mittite spinas.

55.
Hec in m.
S. annotata
erant.

Hos duos versus NOTKERVS BALBVLVS fratribus Augenflucht
cum fungo, quem Morach vocant, in angulo apud S. GALIBVS
trum Pyralis in hyeme nasci aliquot annis solito loco suo. Nam cum p
verent, in Alaspach, pīcem quem Alandi, vocant XII. psalmorum appre
sum, loco nomen dedisse; ipse incredibilia narrantibus, etiam de Gal
I. I loco se mira esse dicturum respondit. Et supra dicti nominis Fungo in
Januario ibi natum se vidisse subiunxit, idque ipsum illico quasi falloper
tum pari voce dicentes, derisi habebant, sed ipse, ut dixi, sequenti
iridem ibi Fungo nato, dicta factis compensavit. Fungum mitteret, & fuisse
hoc distichon. Causa tamen erat Fungi in angulo illo pyrali nasci soli, quod
aque dulcis eundem angulum præterfluens rigauit; & calor pyrali us
nimus, sed caumate aquæ mixta illum attigit, & fatali parere per
quam terram fecit; & fungos quidem primitus, mox etiam & granul
quedam virentia, stirris & glacie foris sub diu rigenibus,
vapor idem produxit.

De S. Columba ad FETO LIVM.

ACcipe quæso,
 Nunc tripedali
 Conditæ versu
 Carminulorum
 Munera parua;
 Tuque frequenter
 Mutua nobis
 Obssequiorum
 Debita redde,
 Nam velut æstu
 Flantibus austri
 Arida gaudent
 Imbris arua;
 Sic tua nostras
 Missa frequenter
 Latifocabat
 Paginamenta.
 Non ego posco
 Nunc peritura
 Munera gaza;
 Non quod avarus,
 Semper egendo,
 Congregat auram,
 Quod sapientum
 Lumina cæcat,
 Et velut ignis
 Flamma perurit
 Improba corda.
 Sæpe nefanda,
 Crimina multis
 Suggerit auri
 Dira cupido:
 Ex quibus ista
 Nunc tibi pauca
 Tempore prisco
 Gestæ retexam.
 Exxit ingens

Causa malorum,
 Aurea pellis;
 Corruitauri
 Munere patuo.
 Cœna Deorum
 Ac tribus illis
 Maxima lis est
 Orta Deabus,
 Hinc populauit
 Troi genarum
 Ditia Regna
 Dorica pubes;
 Iuraque legum,
 Fasque nefasque
 Rumpitur auro,
 Impia quippe
 Pigmalionis
 Regis ob aurem
 Gestæ leguntur
 Sic Polydorum
 Hospes avarus
 Incitus auro
 Fraude necauit.
 Fæmina sape
 Perdit ob aurum
 Casta pudorem,
 Non Louis aurum
 Fluxit in Imbre:
 Sed quod adulter,
 Obtulit aurum.
 Aureus ille
 Fingitur Imber.
 Amphiaraum
 Prodidit auro,
 Perfida coniunx.
 Hectoris heros
 Vendidit auro.

S. Columba
 bana fuit
 magister
 S. Galli &
 Noherus
 vocat S.
 Columba
 bana pro-
 teïorem
 cellulæ S.
 Galli, Eras
 hic in m. si
 carmen
 quoq. S. Co.
 lumbani
 de avari-
 etia; quod
 didicisse
 à antique
 less. in ap-
 pendice:
 hoc titulo:
 Ad hanc al-
 dū. Sed mi
 s. Codex hic
 vocat Se-
 shum, &
 primus
 verius ita
 legitur: Sui
 s. ipse Serbe
 libens, &
 perire
 mente se-
 renæ. Dicit
 Colum-
 bani,

Cor-

Corpus Achilles
 Hoc referari
 Munere certo
 Nigra feruntur
 Limina Ditis.
 Nunc tibi possem
 Plura referre,
 Ni breuitatis
 Causa vetaret.
 Haec tibi frater
 Inclite, parua
 Litterularum
 Munera mittens
 Suggero vanas
 Linquere curas.
 Define quofo
 Nunc animosos
 Pascere pingui
 Farre caballos;
 Lucaq; lucris
 Accumulando:
 Define nummis
 Addere nummos.
 Ut quid iniquis
 Consociaris,
 Munera quorum
 Crebra receptus,
 Odit iniqui
 Munera Christus:
 Haec sapienti
 Despicienda,
 Qui fugitiu^x
 Atque caduce^x
 Cernere debet
 Temporavit.
 Sufficit autem
 Ita loquaci
 Nunc cecinisse

Carmina verlu.
 Nam noua forsan
 Esse videtur
 Ita legenti
 Formula versu^s
 Sed tamen illa
 Troiugenerum
 Incita vates
 Nomine Sappho
 Veribus ifsis
 Dulce solebat
 Edere carmen,
 Si tibi cura
 Forte volent
 Carmina tali
 Condere versu^s
 Semper vnu^m
 Ordine certo
 Dactylus iste
 Incipiat pes:
 Inde sequenti
 Parte trocha^e
 Proximus illi
 Rit^e loceur.
 Sap^e duabus
 Claudere longis
 Ultima versu^s
 Jure licebit.
 Tu modo frater
 Alme FEDOLI,
 Nectare nobis
 Dulcior omni,
 Floridiora
 Doctiloquorum
 Carmina linquens,
 Fruola nostra
 Suscipe latu^s.

Sicuti CHRISTVS
Arbiter orbis,
Omnipotens
Vnica proles,
Dulcia vita
Hæc tibi dictaram morbis oppressus acerbis
Corpore quos fragili patior, tristisq; senecta:
Nam dum præcipiti labuntur tempora cursu,
Nunc ad Olympiadis ter senos venimus annos.
Omnia prætereunt, fugit irreparabile tempus.
Viue, vale, lætus, tristisq; memento senecta.

Fragmentum Carminis S. NOTKERI de Psalmodia.

57.

I quod voce sonat, fido mens pectori promat,
Nec clamor Domini tantum sublimis ad aures,
Quantum vox humilis, placido de corde propinquat.

Memorale Reuerendissimi D. BERNARDI Abbatis secundi,

58.

quod dedit cuidam fratri Monacho, cum eum ad Academiam litterarum causa mitteret.

1. Studium pietatis sit tibi in primis commendatum.
2. Cognitionem Domini Creatoris, Redemptoris ac Servatoris tui feruentissimo animi desiderio appetas; adque eam peruenire, quantum fieri potest, contendas.
3. Te ipsam, atq; defectus tuos & malas consuetudines, diligenter inspicias, & cognoscas, emendareq; omni conatu studeas.
4. Habitum virtutis fac acquiras.
5. Difficultates occurrentes viriliter vincas.
6. In bonas litteras sedulò incumbas.
7. A nimio vino, tanquam à veneno, abstineas.
8. Vocationem ac professionem tuâ sepius in animu tuum reuoces.
9. Verum amorem monasticae disciplinae imbibas, statimq; tuum fac optimè cognoscas.
10. Omni obedientia Patribus ac Magistris tibi ppositis te subiicias.
11. Inobedientium, ac irreligiosorum consuetudinem deuites.
12. Tempus bene colloces, ac cum scenore redeas.

Ora pro me.

F. Bernardus Abbas S. Galli.

Ex. 108

Extat in bibliotheca S. Galli Tabula quedam seu (M. 111) resanè per quam deusta & amplia ex pergamo ad GOZBERTVM scribi, in qua etiam totum monasterium secundū omnes etiam abieciissimā effigias descriptiō est (ut quidē ego colligo ex eo, quod ibi appellat dicitur GOZBERTVM filium) ab Episcopo aliquo, qui fuerit vel Monachus, vel studiosus, vel certe alius demum Monachis & Monasterio simili. Eam tabulā index quidam centenarius nominat S. MARTINI Monachii, ex eo, ut arbitror quod aliquid in tergo ipsius est de vita S. Martini, sed ut ex titulis & situ manifestum est, non est, nisi S. GALLI Monasterio fuit GOZBERTI temporibus Monasterium. Epigraphē in signaturā nō sicut author carminē dicit.

Oratorium S. Petri.

Hic PETRVS Ecclesiae pastor sortitur honorem.

Disticha 7. columnarū, quæ sunt in externa parte summi Tempore, quod habet in longum pedes CC. in latum autem XL. quod interiorem suā partem.

*Latitudo
veriusque
porticus.*

Bislenos metire pedes interq; columnas;

Ordine quas isto constituisse decet.

Baptisterium.

Ecce renascentes suscepit Christus alumnos.

Altare S. Salvatoris. Ad Crucem.

Crux, via, vita, salus, misericordia redemptio mundi.

Analogium Euangeliū.

Hic Euangelica recitatatur lectio pacis.

Super Cryptam S. Columbani. Altare SS. Marie & Galli.

in quo est sarcophagus S. Galli.

Sancta super Cryptam sanctorum structa nitebunt.

Atergo Altaris.

Hic Pauli dignos magni celebramus honores.

Extra Templum ad Orientem.

Hic sed domatibus paradisi plana parantur.

Ad Occidentem.

Hic paradisi acum sed tecto sternito campum.

In eodem Campo disticha 7. Co-

luminarum.

Has interq; pedes denos moderare columnas.

Murus.

Hic muro teatum impositum patet, atque columnis.

Porta in muro.

Adueniens aditum populus hic cunctus habebit.

Via ad portam.

Omnibus ad sacrum turbis patet hæc via templum.

Quo sua vota ferant, vnde hilares redant.

Ad Australem viæ plagam.

Ouile.

Hic caulas ouium caute dispone tuatum.

Cabile famulorum.

Hic requiem inueniat famulatum turba vicissim.

Stabulum caprarum.

Ista domus cunctas nutrit, seruatq; capellas.

Stabulum suum.

Iste sues locus enutrit, custodit adultas.

Stabulum armentorum.

Hic armamenta tibi lac, foetus atque ministrant.

Domus Equariorum.

Hic foetas seruabis equas, tenerosq; caballos.

Hæc omnia cis viam versus Orientem magis.

Ibidem porta famulorum ad Templum.

Tota Monasterio famulantum hic turba subintrat.

Stabulum boum & equorum.

Ista bubus conseruandis domus atque caballis.

Hospitium peregrinorum & pauperum.

Hic peregrinorum latatur turba recepta.

Alibi.

Hic habeat fratrum semper sua vota minister.

Porticus ante Ecclesiam.

Hic pia consilium pertractet turba salubre.

Porticus ante domum sit hæc fornace calentem.

Hæc domui adiicit cunctis qua porrigitur elca.

Huic portici potius quoque cella cohæret.

Officina variorum artificum

ad meridiem.

Hæc sub se teneat fratrum qui tegmina curat.

c 2

Ibi-

funuit Dor
enitorium
subus ha-
bens cale-
fatoria
eiusdem
domus

Ibidem Horreum.
Frugibus hic instat cunctis labor excutiendis.

Item adhuc ad Orientem magis.

Cimiterium fratrum, cuius in meditullo crux,
Inter ligna soli hæc semper sanctissima crux est,

In qua perpetuæ poma salutis olen.

Hanc circum lateant defuncta cadavera fratrum,
Qua radiante iterum Regna Poli accipiant.

Paulo exterius, Hortus.

Hic plantata olerum pulchre nascentia vernant,
Gallinarium.

Pullorum hæc cura, & perpes nutritio constat.
Anserum locus.

Anseribus locus hæc pariter manet aptus alendis.
Ad Orientem templi, Domus Novitiorum.

Hoc claustro oblati pulsantibus ad sociantur.
Ibidem versus Meridem, infirmarium.

Fratribus iafirmis pariter locus iste paratur.

Est etiam aliud infirmarium pro validè agrois, alibi ad laeum Templi seu Aquilonem.

Sepiis in gyrum ductis sic cingitur aula.

Ibi est Bibliotheca, Mansio Abbatis &c.

Schola cum horto suo.

Hæc quoque septa premunt discentis vota iuuentz.
Ibidem sed magis ad Templum, est susceptio frarum superuenientium.

Magis ad occidentem est hospitium aliud.

Hæc domus hospitibus parta est quoque suscipienda.
Ibidem ad ipsum Templum est ingressus hospitum & iuuentus.

Exiit hæc hospes, vel Templi tecta subibit,
Discentis schola pulchra iuuenta simul.

GRIMALDO Abbatii, inquit Iodocus Merzerus, primam extollit
Abbatia est, quæ iam dicitur die Psalms. Eam scribit ECKERHARDUS &
alii elegantissimis tunc suis picturis ornatam, quas quidem picturas fer-
runt duitis Augie Monachi fratres nostri, & à nostris S. GALLI patru-
li, qui sequuntur versus dictari, & infra picturas illas scripti sunt. Qui dum i-

rum ipsa pictura inciperent ob antiquitatem suam aboleri à PP. nostris NO.
TKERO Physico, & aliis descripti, suisq; ipsorum libris commendati sunt.
Hac Metzlerus.

In pariete.

Splendida marmorcis ornata est aula columnis:
En-GRIMVALDV ouans alto fundamine struxit,
Ornauit, coluit, HLVDOVICI principis almi
Temporibus, multis latus feliciter annis.

In alio pariete.

Aula palatinis perfecta clista Magistris,
Insula pictores transmiserat AvgIA claros.

*Templum S. OTHMARI pingefecit HARTMOTVS Abbas, atq;
in pariete uno pingebatur Sapientia, cum hoc*

Parvum elogio.

Q Generosa parens, cunctis gratissima doctis.
O decus Imperii, Rectrix dignissima Mundi,
Soleq; splendidior, fulvo pretiosior auro,
Quam præclara nites toto Sapientia Mundo.
Aspice quam pulchro decorata est ordine mater
Natarum, clare diuina Sapientia fulgens.

In pariete altero septem Sapientes.

Continet hic paries veterum monumenta sophorum,
Claro qui totum docuerunt tramite Mundum.

In alia parte turba Beatorum DEO assistentium.
Agmina Sanctorum laudantia voce serena
Ante thronum Domini sicut per secula cuncta.

In pariete super ostium.

Hic Deus est præsens puro poscentibus ore,
Dans misericordiam, contritis corde medelam.

STRABI Galli Monachi Fuldi. Discipuli Rabani dedicato-
ria Hortuli sui, ad Grimaldum Abbatem.

H Ecce tibi servitii munuscula vilia parui
STRABO tuus, GRIMALDE pater doctissime scrinus,
Pectore deuoto, nullius ponderis offert.

62.

vt cum

c. 3

Vt cūm conceptu viridis confederis horū,
 Subter opacatas frondentī germine malos,
 Perficus imparibus crines vbi diuidit vmbra,
 Dum tibi cana legunt tenera lanugine mala
 Ludentes pueri, Ichola lata abunda tuorum,
 Atq; volis ingentia mala capacibus induit,
 Grandia conantes includere corpora palmis,
 Quo moneare habeas nostri pater alme laboris,
 Dum relegis, quæ dedo volens, interq; legēdū,
 Vt vitiosa feces deposco, placenta firmes.
 Te Deus æterna faciat virtute virentem
 Immarcessibilis palmam contingere vitæ,
 Hoc pater, hoc natus, hoc Spiritus annuat almus,

Timoni fratri, postea Abbatii ECKERARDVS de
 lege dictamen ornandi.

Dicitamen verbis assuefce polire superbis,
 Quæ sibi cognata, pare fonteq; sint generata
 Pro binis geminos, pro pulchris pone serenos,
 Pro pulchris latoꝝ: pro latiſ corde quietos.
 Pro Iusto, gemmam: pro Nobile, sit tibi stēna.
 Da viti gemmas, Botros tibi dicito. Mamas.
 Fluctus da segeti: portum simulato quieti.
 Remigio alarum volucris lecat aera suarum.
 Qui pulcher visus locus, effice sit paradisus.
 Delitus plenus locus appelletur amoenus.
 Sic etiam prata, fylax, pomeria, strata,
 Hortus & hinc rino propior, fonti quoq; viuo.
 Verbaq; cognata sociabis & ante locata.
THEVTONICOS mores caueas, noui nullaq; ponas.
 Donati puras semper memorare figurās.
 Rem pulchrā visam non semper dic speciosam.
 Sit sale conditum, quicquid dicendo cupitum.
 Florida vernabunt; fabri & arte polita micabūt.
 Pulchra quidem mulier formola sit, & speciosa.
 Aurum sit purum, sit mundū, sit rubicundum.
 His quoq; Germana tamēn haud poterūt fore vanas.
 Quærenti verba florū splendore superba,

Sic-

Si teneant puram, non degeneremq; figuram.
 Sit cibus & potus noster saturatio totus,
 Simplex ell prorsus, sed currit commodè versu.
 Sit fomes vita cibus hic, nectarq; cupitæ,
 Ille figuratus facundior & mage gratus.
 Simplicitas pura: generosior ergo figura.
 Neutra spernenda propriisq; locis retinenda.
 Arte loqui imbutos imitare sapore loquitos.
 Ore disertorum rape tu quodecunq; decorum.

Item aliás eidem aliqua.

CUr geminū fratri, valeas, flos splendide matris. **M** 64.
 Tecum in floretis liceat mihi ludere latiss.,
 Quæ cruce reclusus vernans fundit paradisus,
 Sydera per meritum cor, Elysioq; petitum.
 Tespes, atq; fides solident, qua, maior & his est.
 Sic tibi per trinum sit pax, sit vita per vnum,
 Cum quo ridebis, specie sed quando videbis.
 Ipsum perfecte, trah me tecum prece macte;
 Quem nimis optamus, facie simul ut videamus.

In Nolam Capituli versus antiqui.

Praeceptor fratres hoc signo conuocat omnes,
 Exemplo Domini cum lauat vnda pedes. 65.
 Necnon consilium constat si forte gerendum,
 Hoc moniti signo conuenient subito.
 Laudibus & noctis interdum ritè peractis,
 Captamus somnum, si dederit sonitum.
 Ceperit at radiis Phœbus conspargere lucem,
 Hoc resonante sopor ocium omnis abit.

In codice vita SS. GALLEI OTH. & VVIB. quem HERIMAN-
NVS (re autumo) Abbas, vel per se, vel per alium, mul-
to cum auro parauit, habentur hi versus.

SEruum Gallicum, Libri decus hoc, HERIMANNVM
 Diuite cum voto tibi perfecisse memento.
 In calce codicis, sed alia manu sunt sequentes.
 GALLE tuos famulos magna pietate referua.

Turpia

Turpia verba loqui dominabus, turpia clero,
In laico signum perditionis erit.
Dat probitas speciem, sed non species probitatem,
Qui probitate caret, nil sibi forma valet.
Omnia naturae praepostera legibus ibunt,
Floribus & linguis quod tam mirabile signum.

In Thesauro Ecclesiae sunt duo cornua ex ebore mira magnis, olim argento, geminis, & auro decorata. Ex qua

67.

Burchardus cognominel inge-
nitus, quod ex utero matru ex-

MVnus a BVRCHARDI patris hoc seruetur honori.
Auferat hoc ullus, huic non sit portio GALLVS.

Et alteri.

NORTBERTVS donum dedit hoc tibi GALLE decorum,
Huic ob mercedem, paradisum da fore sedem.

risus, & aruinæ porti, ubi incutesceret inclivis, filius Ulrici comitis de Linzg, Ichorn, & monte fortis. Vendelgarda Comitissa de Buochorn, Henrici Autunni filia Hedwige præponens, anno 959. creatur Abbot S. Galli, Imperator Ottovi Magistrus fuit, ut eum filium appellareret. Scriptis Ottoni Epistolam pro confermatione Nielseni proper disciplina severitatem, piperis granum vocabant, in hec verba, Summe p[ro]p[ter]a Maiestatis Dominii mei, Burchard Abbas semiuersus. Annis meis & senio hanc mihi vita in ianu[m] habentibus; ne pastori oues, pater filios improbus relinquam, Domini principiatus gratie vestra me sollicitauit. Misisti vobis fiduciam vestri hanc gloriam meum, mibi adhuc vino sufficiendum, à viris virtutum optimis merito factum, S. Gallo, ut confido, vobis placitum. Misit autem vobis & teles mei ut in idoneos, qui cum coram vobis ferula mea reddita, & indulgentia mihi petita, flagigant. Valeas Regnum vestrum & imperium in Domino Dominorum. Amen. Non enim dubito donum, de quo hic mentio, fuisse Burchardi primi, nisi quis malit refeat. Burchardum II, qui Monasterii legitur thesaurum distale, cappis, capulit, alio, palib[us], &c, quicum Henrico Banaroc contra Saracenos in Campaniam profectus esset, in Frankenmunster sepultus anno 1024. hoc epitaphio.

*Angelicis comitatus ouans que sidera flammis,
Præfulis vicem flammis Burchard gesta plebi sue sande,
Celsibronum didicit precebus pulare tonantem,
Indit[ur] ethere felix que spiritus aule
Transit, & aliuthronum gaudet modo visere regem.*

*In quodam veruissimo opere biblico, quod pinxit et MARCE-
LVS Monachus, & G. I. S. A. L. B. E. R. T. V. subdiaconus, est Jam
ad Clericos. Proverbia &c. Heroico versu, cuius samen sunt, glori-
scio. In codem Bibliorum armario habes istidem heroico versa-*

rios variarum Bibliorum partium inscriptiones HARTMUTI
Abbatis. In antiquissimo item codice, ubi pictus est HARCKEYUS,
superfunt hi versiculi:

68.

A uferat hunc librum nullus hinc omne per ævum,
Cum GALLO partem quisquis habere cupit.

Et infra:

Istuc perdurans liber hic consistat in ævum,
Præmia patranti sunt ut in arce poli.

Olim in quodam clinodio templi hi erant
versus:

Tertius haec æx Salomon dat dona Mariæ.
Et.

69.

Tertius haec almo Salomo dat munera **GALLO.**

Cui subiunxit ex Patribus quidam:

Tantis pro donis sit pax animæ Salomonis.

Rex CAROLVS per eundem SALOMONEM capsam aliam
reliquiarum misit, cui inscripti erant isti.

70.

En crucis atq; pie cum Sanctis capsæ Mariæ,
Hanc CAROLVS summâ delegit habere capellam.

In opus quoddam S. Augustini.

Biffenos magni Doctoris in ordinibus
Augustini in hoc corpore, Lector habes.
Cum quibus iniunctum stabili fundamine castrum
Construit, & Sanctos, Sanctus in arce locat.
Item in eius ipsis volumen de decem chordis sic:
Exuperat autem premium seu topaziorum
Hic AVGUSTINVS quod parat AVRELIVS.
Tange decem chordas, Dño tres tange sonoras.
Septem dilecta discrimina tange propinquo.

*3. prima
precepta
Decalogi
DEO:
Septem
posteriora
proximo
seruanda,*

In aliud sic:

Hunc librum **GALLO** Notker patruauit & Año.
In opus Ambrosii.

Nectaris Ambroſii redolentia carpito mella.

In Am-

*In Ambro.***Hanc partem GALLI o patrat VODALRICVS & VITO.***In Bedam.***Quam clari Abbates GOZPERTVS & YMMO operantes;***Alibi leguntur isti.***In mundo duo sunt, quæ nil abscondita plunt;****Fossus humi census; latitans sub pectore lensus;***Et iterum alibi.***Exitus acta probat, finis non pugna coronat.***Et hic in Boetii opere Philosophico.***Explicit egregiae memorandum dogma sophie;****Non Louis hanc tactam generaslet barba Mineruam;****Hoc opus Authorem gustando sapit meliorem,****Sed riuum clausit, qui fonte pneumatris haulit.****Dicamus lati, requiescas sancte BOETHI,****Qui Bibliothecas vestissi lumine carcas.****Papienses aiunt, illum morbo suo obusse in ergastulo.***Idem codex m.s.***In opere Hieremie, Abdie, Zacharia, Malachie, & Aba-***cuc hi leguntur.***Sors signatur in his populi partitio virgis****Cornua regnorum signat hæc vim variorum;****Ciues angelici sunt hi sub nomine Fabri.****Impietas immerita malis monstratur iniquis.****Gentibus errorum desertur summa malorum;****In quo quæsisti Iacob, quem semper amavi,****Est Aries vietus: vicit supereminet hircus.***Alibi isti.***Rumor deveteri faciet ventura timeri.****Omnibus oia non mea somnia dedere primum;****Dedecus est nulli decies os rodere pulli.***In Hieronymo super Ezechielem.***Bis septem libris HIERONYMVS Ezechielem****Explanat bis quattuor hic lege posteriores.****Quos te difficile nimis explanasse fatetur.***Ibidem.***Ruben, & Simeon, Leui, Judam, Isacharq;****Cum Zabulon, Dinam generat Zia, Zerpha, Gat, Ale-***Bib.*

Beniamin, & Ioseph, Rachel, Bala, Neptalin, & Dan.
De S. VVborada Sanctimoniale Virginis prophetissa,
Martyre.

Festum diem Wiboradæ

Virginis & Martyris,

Geminantem tripudium

Cum coronis geminis,

Vna omnes veneramur

Vocibus cum confonis.

Isthæc postquam diu vita

Desudauit practica,

Desiderans iam quieta

Vacare theoretica,

Sedem sibi eligebat,

Clausula ergastula.

In qua perfruens sæpe

Vilione cœlica,

Divinitus deuastandam

Ab Vngeris Alemanniam.

Suz quoq; passionis

Præcognouit gloriam.

Huius passionis die

Gratulamur annua,

Postulemus vnamimes

Illi suffragia

Mercatur consolari

Ut nostra miseria;

Amislaque diu lumen

Reintrare patriæ

Quam lilio virginis

Intrauerat hodie

Redimita, proprioque

Roscata sanguine.

Quod dignare nobis simplex

Trinitas concedere

Ne pretium quod profluxit,

CHRISTI tuo latere.

f 3

Annulus.

Canoniza-
ta est sub
Abbas
Merperio

Annuletur iam redemptis
Ad perenne viuere.

Diuus P.N. NOTKERVS, inquit Metzlerus, edidit post WALLISI
DVM Vitam s. GALLI metricè 3. libris. de quo opere, quod hadens non
di, nisi pauca hæc, ea subiiciam. Notandum scripsisse NOTKERVH modi
stylo & modo dialogi, vbi quidem interloquitorum vñs est primo HART-
MANNO Juniore discipulo suo. VDALRICI postea preceptore, denon-
liquum cum Raperto Juniore patrele suo. Rapti autem senioris Neque
ipse quoq; docuit, absoluuit. Ut habet liber M.S. ex quo sequentia s. m.
descripta. Hæc Metzlerus.

73.

VLtima saclī generate meta
Vincis antiquos lyricos Poetas,
Pindarum, Flaccum, reliquosq; centum
Carmine maior.

Tu Prophetarum celebres camœna
Dauid, Esaiæ, parili decore
Æmulans, tempus sine laude nudum
Schemate vestis.

Gesta tu GALLI Domini beati
Pange, decanta, modularē, psalle,
Munus hoc mandat tibi CHRISTVS author
Arripelatus.

Forsan & lassus titubas, vel erras,
Curro festinans, celerans leuabo,
Et pedes firmans teneros præibo
Calle modesto.

Spiritus summi, Patris, atq; Nati,
Vnctor, adiutor tibimet reuolut
Quidquid est huius memorare Sancti
Carmine dignum.

Chare quid linguam taciturnus abdis,
Laudibus GALLI nequelatus instas
Cuius es victu spoliisq; factus
.... Virilis.

Quid prodest temet studiis librorum,
Tam breuis vita morulas dicasse,
Corpus ag fractum macrassæ tantum
Si nihil audes,

Sic ocellorum potiaris visus
Organo vocis carcas nec vñquam,
Munus & gaudens manuum retentes,
Scribe quod hortor.
Si times solus graue ferre pondus,
Colla nec multum reprimant arta
Falsce tam magno releuabo temet:
Psalle vicissim.

*Scripta Harimanni ad Epistolam Notkeri
sibi prolatam.*

Quid est pater dulcissime,
Strictum iubes quod currere
Artis metrorum vinculis,
Laxis timentem gressibus.
Instas precum certamine
Iussu peruges iugiter,
Nec paflus vlam protinus
Cogis, moram, rescribere.
Tecum iubes colludere,
Dulci vicissim carmine,
Cum vatet tam prænibili
Rudem poëtam & rusticum.
Principium libri secundi de vita S. GALLI,
Quod idem adscribo, quod tantundem adhuc vidi.

Taurum cupis fortissim um
Bucle tenella iungere
Vinumque mite disparis
Gustu saporis tingere.
Si quid tamen tu virium
Tractu pari remiseris,
Vt cunq; iam subdor iugo,
Nec ferre tamen renuo.
Affit pti sanctissima
GALLI patris elementia
Mi'iam tuis promptissimè *prò mihi.*
Iussis volenti cedere.

NOTKERVS.

Circuitu longo vitans contingere limen
Quo calcat pariter diues, in op'que simul.
Vt cecinit sensu verax Horatius isto,
Cætera vitandus lubricus atque vagus.
Pallida mors æquo pulsans pede, hue tabernas,
Aut Regum Turres; viuite, ait, venio.
Ac veluti David sermone probatus & actu,
Quis mortis valvas effigiet patulas?
GALLE tuam mœstus cogor describere mortem,
Quem cuperem nostris viuere temporibus.

HARTMANNVS.

Posco Magister
Inclite NOTTER,
Ultima GALLI
Verba renarra.
Non ego tanta
Tam puerilis
Dogmata promam
Tan sensi alti.
Habes in hoc prototypo, oratione soluta prolegomeno No-
TER, in vitam eandem lectu dignissima, & sequentes versiculos

NOTKERVS.

SIdonius de Constanti, quam nomine dicunt
Urbe, volens Gallum pellere sede sua.
Horribili strepitu cunctas gallire coegerit.
Matres cum pullis, a quoque Gallus.
Etrabe concusa, seu fit qua sylva mouetur
Ad iuuenium tremula, seu tremuli folia.
Infreudens animo Gallus, calcaribus illum
Percutit, ac miseri viscera fudit humi.
Vt perniciem A sahel hasta grauis impulit Abner,
Aut Aeth Eglon interiora tulit.
Gallus ut ad culmen sedet, cantumque peregit.
Huic alacri famula garrulitate fauent.
Vt Salomone pio in solio residente paterno
NATHAN cum populis laudibus insonuit.
Ibidem sequitur origo nominis Constanti & CHRONBERG, quod
Cornelium appellant per fibulas ibi repertas frequentatum: & Co-
therz.

Et NOTKERVS.

CVMque pro Christo patriam, parents,
Rura, cognatos, genus, & caducam
Gloriam mundi, simul abdicarent,
Pergere certant.
Corde latentes, alacres & omnes,
Orbeiam toto celebrata sece
Cominus gaudent adisse tecta
Plena salutis.

Cetera desunt.

JAN.